Bibliothèque
du docteur
S. Tarnier

Bibliothequ
du docteur
S. Tarnier

£3.10 14161/B

14161/B

DE

GENERIS HVMAN

VARIETATE NATIVA.

DE

GENERIS HVMANI

VARIETATE NATIVA.

DE
GENERIS HVMAN
VARIETATE NATIVA

EDITIO TERTIA

PRAEMISSA EST EPISTOLA
AD VIRVM PERILLVSTREM
IOSEPHVM BANKS *BARONETVM*
REGIAE SOCIETATIS LONDIN. PRAESIDEM

AVCTORE
IO. FRID. BLVMENBACH M.
EIVSDEM SOCIETATIS SODALI

GOTTINGAE
apud VANDENHOEK et RVPRECHT.
1795.

DE

GENERIS HVMANI

VARIETATE NATIVA

EDITIO TERTIA

PRAEMISSA EST EPISTOLA
AD VIRVM PERILLVSTREM
IOSEPHVM BANKS BARONETVM
REGIAE SOCIETATIS LONDIN. PRAESIDEM

AVCTORE
IO. FRID. BLVMENBACH M. D.
EIVSDEM SOCIETATIS SODALI.

GOTTINGAE
apud VANDENHOEK et RVPRECHT.
1795.

Non hic Centauros, non Gorgonas, Harpyasque
Invenies: hominem *pagina nostra sapit.*

Martial. l. X. epigr. 4.

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

Non hic Centauros, non Gorgonas, Harpyasque
Invenies: hominem pagina nostra sapit.

Martial. l. X. epig. 4.

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

Non una caussa est, Vir Perillustris, quare Tibi quicquid hoc est opellae, tribuam et dedicem.

Praeterquam enim quod in universum grati animi sensum publice aliquando declarare aveam pro innumeris beneficiis quibus me ab eo, quo in propiorem Tui notitiam veni tempore, affecisti; ipsa haec quae curis renovatis prodit libelli editio, magnam partem praeclarissima quibus priores praecellit aug-

menta et ornamenta maxime memorabilia, liberalitati Tuae debet.

Uti enim a pluribus jam retro annis neque studio neque sumtibus pepercisti ut collectionem meam craniorum diversarum gentium rarissimis ditares speciminibus quae omnium avidissime desiderabam, Americanorum inquam, et oceani australis insulanorum, ita praesertim cum ante triennium Londinum inviserem, eadem generosa liberalitate, qua Gaertnero quondam nostro seminarium Tuum, aliis alias musei Tui divitias utendas concessisti, mihi illimitatum plane usum omnium qui ad studium anthropologicum spectant thesaurorum anecdotorum quibus bibliotheca Tua su-

menta et ornamenta maxime memorabilia, liberalitati Tuae debet.

Uti enim a pluribus jam retro annis neque studio neque sumtibus pepercisti ut collectionem meam craniorum diversarum gentium rarissimis ditares speciminibus quae omnium avidissime desiderabam, Americanorum inquam, et oceani australis insulanorum, ita praesertim cum ante triennium Londinum inviserem, eadem generosa liberalitate, qua Gaertnero quondam nostro seminarium Tuum, aliis alias musei Tui divitias utendas concessisti, mihi illimitatum plane usum omnium qui ad studium anthropologicum spectant thesaurorum anecdotorum quibus bibliotheca Tua su-

superbit, picturarum scil., catagraphorum etc. a summis artificibus ad ipsam naturam delineatorum ita permisisti, ut apographa eorum mihi parare et quicquid liberet describere, adeoque tot tantisque novis plane subsidiis auxiliisque ad libellum meum denuo sub incudem revocandum accedere possem, ut jam eundem innumeris modis auctum, emendatum et ad ipsam naturam perfectum dicere absque vaniloquentiae suspicione ausim.

Accipe ergo serena fronte opusculum cuius adeo magna pars Tua est, quodque vel eo nomine Tibi non ingratum fore confisus sum, quod particulam historiae natura-

lis exponat, etsi dignitate nulli alii secundam, tamen, quod mirum, omnium diutissime neglectam et incultam.

Manet enim et hoc immortali Linnaeo meritum quod jam ante hos sexaginta annos in editione principe systematis naturae primus, quod norim, naturalis historiae auctorum genus humanum quoad characteres exteros sub certas varietates redigere studuerit: idque pro ea qualis tunc temporis innotuerat quatuor tantum orbis terraquei partium earumque incolarum notitia, satis adaequate.

Postquam autem a Tuo inde trienni periplo, vir Perillustris, gentium, per oceani australis insulas lon-

lis exponat, etsi dignitate nulli alii secundam, tamen, quod mirum, omnium diutissime neglectam et incultam.

Manet enim et hoc immortali Linnaeo meritum quod jam ante hos sexaginta annos in editione principe systematis naturae primus, quod norim, naturalis historiae auctorum genus humanum quoad characteres exteros sub certas varietates redigere studuerit: idque pro ea qualis tunc temporis innotuerat quatuor tantum orbis terraquei partium earumque incolarum notitia, satis adaequate.

Postquam autem a Tuo inde[illegible] enni periplo, vir Perillustris, gentium, per oceani australis insulas l-

longe lateque dispersarum, curatior cognitio historiae naturalis et anthropologiae cultoribus innotuisset, facile patuit Linnaeanam istam generis humani divisionem jam non amplius adhiberi posse; quare et ego in hocce opusculo, post alios a viro summo in eo deflectere, et varietates hominum magis ad naturae veritatem, quae nobis Tua maxime sollertia et curatissima observatione innotuit, componere, nullus dubitavi.

Imo vero et in universum Linnaeanam methodum, animalia mammalia ex dentium ratione ordinandi, itidem isti quidem tempori quo eam condidit satis convenientem, hodienum autem postquam

tot tantaeque novae hujus classis species detectae sunt, magnopere mancam et ingentibus exceptionibus obnoxiam, relinquere, et artificiali isti systemati, magis naturale ab universo mammalium habitu desumtum, substituere, zoologiae studiosis utile et proficuum esse duxi.

Quanquam enim longissime ab eorum opinione absum qui sibi, nuperis praesertim temporibus ingenii sui lusibus de nescio qua continuitate aut gradatione naturae ut vocabant, ita placuerunt, ut creatoris sapientiam et creationis perfectionem in eo quaererent quod natura ut dicunt non faciat saltum, sed res naturales ternorum naturae regnorum

tot tantaeque novae hujus classis species detectae sunt, magnopere mancam et ingentibus exceptionibus obnoxiam, relinquere, et artificiali isti systemati, magis naturale ab universo mammalium habitu desumtum, substituere, zoologiae studiosis utile et proficuum esse duxi.

Quanquam enim longissime ab eorum opinione absum qui sibi, nuperis praesertim temporibus ingenii sui lusibus de nescio qua continuitate aut gradatione naturae ut vocabant, ita placuerunt, ut creatoris sapientiam et creationis perfectionem in eo quaererent quod natura ut dicunt non faciat saltum, sed res naturales ternorum naturae regnorum

rum

rum quoad conformationem suam externam se invicem ceu gradus in scala aut articuli et juncturae in catena excipiant: cum contra iis, qui rem praejudicii expertes et serio agunt, facile pateat esse vel in regno animali ab una parte integras classes, ut avium, aut genera, v. c. sepiarum, quae male et non nisi affectatione quadam in ejusmodi schematibus gradationis rerum naturalium aliis vicinis junguntur; ab altera autem extare genera animalium v. c. coccos, in quibus tam ingens differentia utriusque sexus habitum intercedit, ut si ad ejusmodi scalam ea revocare velis, masculos a suis femellis longissime removere et diversissimis locis diversos ejusdem speciei sexus inserere

rere

rere necesse foret; contra vero in schematibus istis non infitiandos imo vero insignes esse hiatus quibus naturae regna luculentissime a se invicem discriminantur; et quae sunt id genus alia; quanquam ergo, hisce probe perpensis, eam in doctrina de gradatione naturae gravitatem et dignitatem, qua vulgo a physico-theologis ornari et commendari solet, nullus plane agnoscere queo, hoc tamen ambabus concedo inesse hisce metaphoricis et allegoricis lusibus, non infitiandam ad methodum studii historiae naturalis facilitandam, utilitatem.

Basin enim quasi constituunt omnis systematis naturalis, quo res secundum habitum universum et

lon-

vere necesse foret; contra vero schematibus istis non infitiandos imo vero insignes esse hiatus quibus naturae regna luculentissime a se invicem discriminantur; et quae sunt id genus alia; quanquam ergo, hisce probe perpensis, eam in doctrina de gradatione naturae gravitatem et dignitatem, qua vulgo a physicotheologis ornari et commendari solet, nullus plane agnoscere queo, hoc tamen ambabus concedo inesse hisce metaphoricis et allegoricis lusibus, non infitiandam ad methodum studii historiae naturalis facilitandam, utilitatem.

Basin enim quasi constituunt omnis systematis naturalis, quo res secundum habitum universum et con-

longe plurimas quibus invicem conspirant qualitates externas ordinantur, cum artificialia contra singularem tantum characterem pro fundamento distributionis agnoscant.

Cum vero naturale istiusmodi systema ideo quod tum acuendo judicio, tum sublevandae memoriae egregie inserviat, artificiali praeferendum esse, extra dubitationem positum sit; eo magis in id incubui ut mammalium classem ad ejusmodi naturalis systematis ordinem redigerem, cum artificiale Linnaeanum, a dentium ratione petitum, tot specierum nuperis temporibus recenter detectarum accessione, indies molestioribus anomaliis et exceptionibus laboret.

Ita

Ita enim, ut paucis saltem haec tangam, binas jam novimus rhinocerotum species, quoad habitum sibi invicem simillimas, ast dentibus ita diversas ut si adhuc Linnaeanum sequi libuerit systema, alteram speciem ad belluas, *alteram ad* glires *referre oporteret!*

ita et tunc suem aethiopicum dentibus primoribus destitutum a reliquis belluis *removere et* brutis *Linnaeanis annumerare necesse esset.*

Taceo myrmecophagam dentatam Africanam tunc a genere isto ex Linnaei mente edentulo, aut Lemures aliquot (indrum et lanigerum) ob dentium anomaliam a Lemurum genere Linnaeano removendos etc.

Huic

Huic confusioni, quam sane studio zoologico ingentes molestias parere nemo infitiabitur, sequentibus denis ordinibus naturalibus animalium mammalium constitutis mederi studui, quorum recensum ideo hic subjungere liceat quod passim in praesenti opusculo eorum mentionem injecerim.

I. Bimanus.

1. *Homo.*

II. Quadrumana.

2. *Simia.*
3. *Papio.*
4. *Cercopithecus.*
5. *Lemur.*

III. Bradypoda.

6. *Bradypus.*
7. *Myrmecophaga.*

8. *Ma-*

8. *Manis.*

9. *Tatu.* *)

IV. Chi-

*) *Alienissimus quidem sum a neotericorum multorum novandi pruritu qui rebus naturalibus quae pridem nominibus suis vel in vulgus notissimis insignes sunt, nova imponendo mirifice sibi placent: qui quidem onomatopoietarum lusus ingentem studio historiae naturalis calamitatem attulit; adeoque et in nominibus systematicis mammalium non nisi invitissimus et rarissime a Linnaei terminologia discessi, quando nempe nomen a viro summo adhibitum plane erroneam et falsam notionem involvebat. Ideo v. c. armadillis nativum nomen genericum* Tatu *restitui cum Linnaeanum* Dasypus *nulla plane ratione defendi possit. Omnes enim novimus graecum hoc nomen esse,* et pedibus hirsutis *insigne animal notare, ideoque a veteribus* lepori et cuniculo *inditum esse quod in his ipsissimae palmae plantaeque pilosae sint, quae vero in ista novi orbis loricata animantia a cuniculorum habitu mirum quantum abhorrentia minime quadrare, monitu vix opus est.*

Ita et in vespertilionum genere vampyri *nomen isti speciei Americae australis restituendum censeo quam Linnaeus* spectrum *vocabat, cum contra vampyri appellationem isti vespertilioni Indiae orientalis et insularum oceani australis tribuerit, quem vulgo canem volantem vocant. Jam vero vampyri nomen idem ac* sanguisugum *notare, constat; quod ergo utique Americano isti vespertilioni convenit, eam ob caussam aliis animantibus ipsisque hominibus infesto; neutiquam vero alteri quam dixi,*

IV. Chiroptera.

10. *Vespertilio.*

V. Glires.

11. *Sciurus.*

12. *Glis.*

13. *Mus.*

14. *Marmota.*

15. *Savia.*

16. *Lepus.*

17. *Jaculus.*

18. *Castor.*

19. *Hystrix.*

VI. Ferae.

20. *Erinaceus.*

21. *Sorex.*

22. *Talpa.*

23. *Di-*

dixi, canino nempe, utpote unice phytophago, et nunquam, quod norim, aliorum animalium sanguinem sugenti.

23. *Didelphis.*
24. *Viverra.*
25. *Mustela.*
26. *Lutra.*
27. *Phoca.*
28. *Meles.*
29. *Ursus.*
30. *Canis.*
31. *Felis.*

VII. Solidungula.
32. *Equus.*

VIII. Pecora.
33. *Camelus.*
34. *Capra.*
35. *Antilope.*
36. *Bos.*
37. *Giraffa.*
38. *Cervus.*
39. *Moschus.*

23. *Didelphis.*
24. *Viverra.*
25. *Mustela.*
26. *Lutra.*
27. *Phoca.*
28. *Meles.*
29. *Ursus.*
30. *Canis.*
31. *Felis.*

VII. Solidungula.
32. *Equus.*

VIII. Pecora.
33. *Camelus.*
34. *Capra.*
35. *Antilope.*
36. *Bos.*
37. *Giraffa.*
38. *Cervus.*
39. *Moschus.*

IX. Bel-

IX. Belluae.
40. *Sus.*
41. *Tapir.*
42. *Elephas.*
43. *Rhinoceros.*
44. *Hippopotamus.*
45. *Trichechus.*

X. Cetacea.
46. *Monodon.*
47. *Balaena.*
48. *Physeter.*
49. *Delphinus.*

Haec ut tot alia, in quibus in opere ipso cui haecce praefanda duxi, passim ab aliorum sententia deflexi, Tuo judicio Vir Perillustris pari tum reverentia tum fiducia submitto, Tuo inquam, quo praeside

ſide dignissimo et meritissimo gaudet Societas Regia scientiarum, cui a primis inde cunabulis aureum extitit symbolum Nullius in verba.

Ita vale Vir Perillustris et mihi, Tibi deditissimo, porro fave.

Dab. in Acad. Georgia Augusta d. 11 *Apr.* 1795.

IN-

side dignissimo et meritissimo gaudet Societas Regia scientiarum, cui a primis inde cunabulis aureum extitit symbolum *Nullius in verba.*

Ita vale Vir Perillustris et mihi, Tibi deditissimo, porro fave.

Dab. in Acad. Georgia Augusta d. 11 Apr. 1795.

INDEX

SUPELLECTILIS ANTHROPOLOGICAE AUCTORIS,

QUA IN ADORNANDA NOVA HACCE EDITIONE MAXIME USUS EST.

Triplicem praesertim ob caussam indicem hunc hic inserere operae pretium duxi.

Primo ut intelligant lectores docti et aequi qualibus quantisque subsidiis ex ipsa natura petitis instructus, ad libellum huncce denuo edendum accesserim.

Tum vero ut et grati animi testimonium extet pro insigni munificentia qua fautoribus et amicis supellectilem hanc ad studii anthropologici incrementum hactenus ditare placuit.

Denique ut et pateat quibus adhuc caream et quibus iidem, si ipsis amplius occasio et animus benevolus ſuerit, eam porro augere possint.

I.

CRANIA DIVERSARUM GENTIUM.

Selectum hujus collectionis, quoad numerum et varietatem quantum sciam in suo genere unicae, utpote cui neque Camperi neque Jo. Hunteri similes collectiones hoc respectu comparari possunt, ternis decadibus uberius descripsi et curatissimis iconibus illustravi, ubi de occasione et via qua quodvis cranium ad me pervenit,

venit, rationem reddidi; quare et in universum huic thesauro junctum servo apparatum epistolarum avtographarum quibus, tanquam documentis, genuina cujusvis origo firmatur. Quae ullo modo dubia aut ambigua videri possint, ea separatim pono.

A) Quina exemplaria selectissima varietatum principalium generis humani. viz.

a) mediae, nempe C a u c a s i a e.

1) *Feminae Georgianae.* tab. I. fig. 2. tab. II. fig. 3.
(*Dec. cranior. illustr.* III. tab. 21.)
munus perill. LB. de Asch.

tum binorum extremorum.
scil. b) M o n g o l i c a e varietatis.

2) *Tungusae rangiferini.* tab. I. fig. 1. tab. II. fig. 2.
(Dec. II. tab. 16.)
d. perill. de Asch.

 et

et c) A e t h i o p i c a e.

3) *Aethiopissae Guineensis.* tab. I. fig. 3. tab. II. fig. 5.
(Dec. II. tab. 19.)
d. cl. Steph. Jo. van Geuns, Prof. Ultraject.

denique binarum varietatum intermediarum, scil.

d) A m e r i c a n a e.

4) *ducis Caribaei* ex ins. S^{ti} Vincentii. tab. II. fig. 2.
(Dec. I. tab. 10.)
d. perill. Banks, Baronetus.

et e) M a l a i c a e.

5) *O-taheitae.* tab. II. fig. 4.
(Dec. III. tab. 26.)
d. idem generos. Banks.

B) Alia quinque specimina eadem ratione selecta. viz.

a) va-

a) varietatis C a u c a s i a e.

6) *Natolici Tocatensis.*
d. generos. de Asch.

b) M o n g o l i c a e.

7) *Tungusae Sinensis.* s. *Daürici.*
(Dec. III. tab. 25.)
d. idem perill. de Asch.

c) A e t h i o p i c a e.

8) *Aethiopis.*
(Dec. I. tab. 8.)
d. cl. Michaelis, consil. aulic. Hasso - Cassellan. et Prof. Marburgens.

d) A m e r i c a n a e.

9) *Indi Americae septentrionalis.*
(Dec. I. tab. 9.)
d. idem cl. Michaelis.

e) M a l a i c a e.

10) *Novo-Hollandi.*
(Dec. III. tab. 27.)
d. perill. Banks.

C) ad demonſtrandam *normam verticalem*, de qua infra §. 61.

a) varietatis C a u c a ſ i a e.

11) *Tatari Caſanenſis.*
(Dec. II. tab. 12.)
d. perill. de Aſch.

b) M o n g o l i c a e.

12) *Jacutae.*
(Dec. II. tab. 15.)
d. idem generoſ. Aſchius.

c) A e t h i o p i c a e.

13) *Aethiopis.*
d. cl. Soemmerring, conſil. aulic. et Prof. Moguntin.

D) Alia

D) Alia terna specimina, in quibus etsi partim studio partim morbosa affectione deformata sunt, attamen normae verticalis character et habitus elucet.

a) varietatis Caucasiae.

14) *Turcae.*
d. generos. de Asch.

b) Mongolicae.

15) *Calmucci.*
(Dec. II. tab. 14.)
d. aeque ac sequens cranium idem perill. Aschius.

c) Aethiopicae.

16) *Aethiopis.*
(Dec. II. tab. 17.)

E) Triga craniorum, quanquam infantilium tamen normam verticalem apertissime demonstrantium.

a) va-

a) varietatis C a u c a s i a e.

17) *puellae judaicae.*
(Dec. III. tab. 28.)

b) M o n g o l i c a e.

18) *infantis Buraeti.*
(Dec. III. tab. 29.)
d. perill. de Asch.

c) A e t h i o p i c a e.

19) *Aethiopis neonati.*
(Dec. III. tab. 30.)
d. cl. Billmann, chirurg. Cassellan.

F) Specimina ob insignem transitum memorabilia quo diversas generis humani varietates quasi invicem jungunt.

Ita v. c. medium tenent locum
α) inter C a u c a s i a m varietatem et M o n g o l i c a m

20)

20) *Casacci Donensis* cranium.
(Dec. I. tab. 4.)
d. cum proxime sequentibus perill. de Asch.

21) *Kirgisae-Kaisacci.*
(Dec. II. tab. 13.)

22) aliud ejusdem tribus, priori simillimum.

β) inter Caucasiam et Aethiopicam.

23) *Mumiae Aegyptiacae.*
(Dec. I. tab. 1.)

24) *Cingari genuini.*
(Dec. II. tab. 11.)
d. cl. Pataki, Medicus Claudiopolitan.

γ) inter Mongolicam et Americanam.

25) *Eskimotae.*

(Dec.

(Dec. III. tab. 24.)
d. cum sequenti cl. Jo. Loretz.

26) alius *Eskimotae.*
(Dec. III. tab. 25.)

G) Crania infantili quondam aetate peculiaribus artificiis deformata.

27) *Macrocephali* probabiliter Tatarici.
(Dec. I. tab. 3.)
d. perill. de Asch.

28) *feminae Caribeae.*
(Dec. II. tab. 20.)
d. perill. Banks.

H) reliqua id genus supellex.

29) *viri Germani.*

30) *feminae Germanae.*

31) *judaei juvenis.*

32) *judaei senis.*

33) *Batavi.*

d. cl.

(Dec. III. tab. 24.)
d. cum sequenti cl. Jo. Loretz.

26) alius *Eskimotae.*
(Dec. III. tab. 25.)

G) Crania infantili quondam aetate peculiaribus artificiis deformata.

27) *Macrocephali* probabiliter Tatarici.
(Dec. I. tab. 3.)
d. perill. de Asch.

28) *feminae Caribeae.*
(Dec. II. tab. 20.)
d. perill. Banks.

H) reliqua id genus supellex.

29) *viri Germani.*

30) *feminae Germanae.*

31) *judaei juvenis.*

32) *judaei senis.*

33) *Batavi.* d. cl.

d. cl. Wolff, medicus Ultrajectin.

34) *Galli.*
d. cl. Soemmerring.

35) *Itali.*
d. perill. de Asch.

36) alius Itali, et quidem *Veneti.*
d. cum sequenti cl. Dr. Michaelis, medicus castrensis Hannoveran.

37) *Longobardi.*

38) *veteris Romani militis praetoriani.*
d. Eminentiss. Cardinal. Steph. Borgia.

39) *Sarmatae Lituani.*
(Dec. III. tab. 22.)
d. generos. de Asch.

40) calvaria *veteris Cimbri.*
d. perill. Bozenhard, consul generalis Caesareus apud Danos.

41) *Fennonis.*

d. cum

d. cum omnibus sequentibus usque ad N. 80 perill. de Asch.

42) alius *Finni.*

43) *Feminae Finnicae.*

44) *Cingari Russici.*

45) *Russi juvenis* *).

46) *Russi senis.*

47) *Russi Mosconiensis.*

48) alius.

49) tertii.

50) quarti.

51) quinti.

52) *Feminae Moscoviensis.*

53) *Russi Swenigorodensis.*

54) *Juvenis Urussi.*

55)

*) Maxime memorabilis quae sequitur series craniorum Ruthenicorum usque ad N. 63. ob miram qua multa eorum ad Mongolicum habitum plus minus accedunt diversitatem, procul dubio ex connubiorum miscela derivandam.

55) *Russi Wenewskiensis.*
56) *Russi Romanovici.*
57) Alius *Ribnoici.*
58) Alius *Ribinscensis.*
59) *Kostromensis.*
60) *Feminae Krasnoicholmicae.*
61) *Russi Nyschenovogorodensis.*
62) *Kursci.*
63) *Orlowensis.*
64) *Tatari Orenburgensis.*
65) *Tatari* (probabiliter Casanensis).
66) Alius *Tatari.*
67) quarti.
68) quinti.
69) *Tschuwaschi.*
70) *Lesghi.*
71) *Georgiani.*
72) *Turcae.*
73) alius.

***

74)

74) tertii.
75) *Calmucci Orenburgensis.*
76) alius *Calmucci.*
(Dec. I. tab. 5.)
77) tertii.
78) quarti.
79) quinti.
80) sexti.
81) *Aethiopis Creoli* Nov-Eboracensis.
(Dec. I. tab. 7.)
d. cl. Michaelis, Marburg.
82) *Aethiopis Congensis.*
(Dec. II. tab. 18.)
d. perill. de Asch.

II.

II.

FOETUS EGREGIE CHARACTE-
...ICI VARIETATIS MEDIAE
ET ...ARUM EXTREMARUM.

---

a) varietatis Caucasiae.

1) Gemelli *germanici* diversi se-
xus eximia pulcritudine insignes
quarti mensis.

b) Mongolicae.

2) *Calmuccae Orenburgensis*, se-
xus feminei. tertii mensis.
d. D. Kosegarten.

c) Aethiopicae.

3) *Aethiopis* masculi. quinti men-
sis.
d. cl. Meyer, archiater Hanov.

III.

74) tertii.

75) *Calmucci Orenburgensis.*

76) alius *Calmucci.*
(Dec. I. tab. 5.)

77) tertii.

78) quarti.

79) quinti.

80) sexti.

81) *Aethiopis Creoli Nov-Eboracensis.*
(Dec. I. tab. 7.)
d. cl. Michaelis, Marburg.

82) *Aethiopis Congensis.*
(Dec. II. tab. 18.)
d. perill. de Asch.

II.

FOETUS EGREGIE CHARACTERISTICI VARIETATIS MEDIAE ET BINARUM EXTREMARUM.

---

a) varietatis C a u c a s i a e.

1) Gemelli *germanici* diversi sexus, eximia pulcritudine insignes. quarti mensis.

b) M o n g o l i c a e.

2) *Calmuccae Orenburgensis*, sexus ſeminei. tertii mensis.
d. D. Kosegarten.

c) A e t h i o p i c a e.

3) *Aethiopis* masculi. quinti mensis.
d. cl. Meyer, archiater Hanov.

III.
PILI ET CAPILLI DIVERSARUM GENTIUM.

Quanquam haec primo intuitu minutius huc relata videri possint, infitiari tamen nequit etiam hujusmodi collectioni, quando varietate insignis est, utique suam utilitatem ad curatius studium anthropologicum esse. Continet haec specimina omnium quinarum varietatum principalium generis humani: et in his satis memorabilia de quibus passim infra suo loco actum est, ut bicoloris capilli *Nigritae maculis niveis variegati* quem Londini vidi &c.

IV.
PRAEPARATA ANATOMICA.

Maxima horum pars ad *Aethiopum* historiam naturalem attinet. Passim in ipso libro uberiorem eorum mentionem injeci.

V.

V.

COLLECTIO IMAGINUM DIVERSARUM GENTIUM A PERITIS ARTIFICIBUS AD IPSAM NATURAM CURATISSIME DELINEATARUM.

Hujusmodi apparatum, praesertim sicubi cum collectione qualem dixi craniorum perpetuo conferatur, ad primos et principes et fallere nescios fontes studii anthropologici pertinere, per se quidem patet *): adeoque et a vicenis inde annis omnem operam navavi, ut talium iconum *ad ipsam naturam* et, quod caput rei est, *a peritis artificibus* confectarum copiam mihi compararem. Magnus quidem extat numerus similium effigierum apud itinerariorum auctores: at enim vero quando hac ad criticam lancem revocantur, paucissimae sane reperiuntur quibus utique fidere

*) cfr. locum huc facientem ap. Volney, in *Ruines, ou méditation sur les Révolutions des empires* p. m. 349.

fidere possis. Quodsi enim a nonnullis, v. c. a Corn. de Bruin itinere Persico et Indico, et immortalis Cookii secundo periplo a se ipso descripto et iconibus a cl. Hodges delineatis ornato, discesseris, in reliquis tantum non omnibus tabulas, etsi passim splendidissimas quibus superbiunt, curatius spectatas et cum genuinis iconibus aut ipsa natura collatas, vix ullius ad historiam generis humani naturalem usus esse, facile deprehendes. Oportet igitur hoc fine potius hinc illinc extantes imagines exoticarum gentium conferre, tum aeri incisas, easque sive separatim editas, sive sparsim libris insertas, tum vero ipsissima avtographa artis perita manu delineata. Illarum quidem insignem copiam mihi comparavi, in quibus praesertim magni in hoc genere artificis Wenc. Hollar figurae aqua forti expressae, et nuperorum Anglorum chalcographorum egregiae tabulae eminent; sigillatim vero eas consignare, indicis hujus limites vetant. Liceat saltem recensum maxime memorabilium ex iis subjungere *quae manu delineatae sunt:*

a) varietatis Caucasiae.

1) *Turca*. rubrica ad vivum delineatus Berolini ab egregio artifice Dan.

Dan. Chodowiecki qui me hocce suo autographo donavit.

2) *Femina Hindostanica*, a pictore Indo miranda subtilitate et accuratione designata.

accepi Londini a viro doctiss. Sam. Lysons.

b) M o n g o l i c a e.

3) Cossim Ali Chan, quondam *Bengaliae* praeses *(Navab)* qui posthac Delhii sacerdotem Muhamedanum *(Faquir)* egit. Vivis coloribus a pictore Muhamedano (Mauro) exhibitus.

dono dedit cum sequenti cl. Braun jam rebus humanis ereptus, Britannicus quondam apud Bernenses Residens, antea Tribunus legionis Anglicae in India.

4) *Conjux ultimi imperatoris Mogolici*, Shaw Allum, a. 1790 defuncti. Simili artificiosa manu depicta *).

5) Feo-

*) Propter originem Indiae hodiernae domino-

5) Feodoris Jwanowitsch, *Calmucci*, imago *ab eo ipso*, propria manu, incomparabili plane artificio et gustu, et vividissima similitudine creta nigra s. schisto scriptorio, Romae, ubi felicissimo cum successu arti pictoriae incumbit, delineata.

munus insigne Roma mihi missum a cl. Tatter, M. Britann. Reg. a secret. legation.

6) Nautae bini *Sinenses*. Viennae depicti.

donum generosiss. Nic. Jos. de Jacquin rei metallicae consil. Caesar.

7) Ettuiack, incantator *Eskimota*. ex ora Labrador a. 1773. Londinum advectus.

Haec aeque ac sequens icon, ex avtographis Nathan. Dance in museo

minorum binas has icones ad Mongolicam varietatem retuli, etsi vultu, ob caussas pag. 187 dictas, propius ab Hindostanicis absint.

seo perill. Banks, curatissime depicta ab egregio pictore Londinensi G. Hunnemann..

8) *Femina Eskimotica* cui nomen Caubvic (quod vernacula barbarorum istorum lingua ursum luscum denotat); simul cum priore quem diximus a cl. Cartwright Londinum advecta.

c) Aethiopicae.

9) *Hottentotta Amaquensis.*

Cum sequenti itidem ex bibliotheca perill. Banksii.

10) *Hottentotta sylvicola* (belg. *Boschman*) cum uxore et infante.

11) *Femina Hottentottica.*

Haec icon cum quatuor sequentibus in capite bonae spei ad vivum delineata et ad imperatorem Josephum II Viennam missa.

curatissima apographa d. generosiss. de Jacquin.

12)

12) Karmup, *Hottentotta Namaquensis.*

13) Kosjo, *Hottentotta Gonaguensis* ad Caffreriae confinia.

14) Koba, *dux Caffrorum.*

15) Puseka, ejusdem *filia.*

d) A m e r i c a n a e.

16) Accola freti Magellanici ex *Terra del fuego.*

17) *Femina* ejusdem gentis.

e) M a l a i c a e.

18) Bini *viri Novo-Zeelandi.*

19) *Dux Novo-Zeelandorum.*

20) Bini ejusdem gentis *juvenes.*

Omnes, aeque ac freti Magellanici accolarum imagines quas dixi, ex thesauris anecdotis, quos ex periplo suo retulit perill. Banks, Baronetus.

AD-

12) Karmup, *Hottentotta Na*[illegible]*c-quensis.*

13) Kosjo, *Hottentotta Gonaguensis* ad Caffreriae confinia.

14) Koba, *dux Caffrorum.*

15) Puseka, ejusdem *filia.*

d) Americanae.

16) Accola freti Magellanici ex *Terra del fuego.*

17) *Femina* ejusdem gentis.

e) Malaicae.

18) Bini *viri Novo-Zeelandi.*

19) *Dux Novo-Zeelandorum.*

20) Bini ejusdem gentis juvenes.

Omnes, aeque ac freti Magellanici accolarum imagines quas dixi, ex thesauris anecdotis, quos ex periplo suo retulit perill. Banks, Baronetus.

AD-

ADDENDA.

pag. 39. De quarto exemplo sceleti cercopitheci mortae, ossis intermaxillaris vestigiis plane destituti, litteris me docuit cl. Holme, medicus Manchestriensis celeberr.

pag. 100. Cretinos non obstante misero quo afficiuntur stupore, effrenata tamen libidine subinde insanientes, in vallibus Alpinis Salzburgensibus non raro pecora inire, cl. Michaelis medicus castrens. Hannoveran. relatum accepit. cfr. *medicinische Bibliothek* T. III. pag. 649.

pag.

pag. 131. De Maynis, Americae australis ad Maragnonium superiorem incolis, F. Xav. Veigl in cl. de Murr *Journal zur Kunstgeschichte* T. XVI. pag. 115. «*In ipsis* (eorum) *oculis, quod* »*nobis album est, paulisper* »*nigro tingitur.*»

SECTIO

pag. 151. De Maynis, Americae australis ad Maragnonium superiorem incolis, F. Xav. Veigl in cl. de Murr *Journal zur Kunstgeschichte* T. XVI. pag. 115. «*In ipsis (eorum) oculis, quod* »*nobis album est, paulisper* »*nigro tingitur.*»

SECTIO I.

DE

HOMINIS A CETERIS ANIMALIBUS DIFFERENTIA.

§. 1.

Difficultas disquisitionis.

De generis humani varietate scripturo et ea enarraturo quibus hominum stemmata corporis sui habitu ab invicem discrepant, ante omnia in eas differentias inquirendum est, quae ipsum hominem et reliqua animantia intercedunt. Accidit vero et hic quod saepius in historiae naturalis, et quidem zoologiae prae-

sertim studio contingere videmus, ubi subinde longe facilius aliquam speciem a congeneribus primo intuitu et sensuali quadam perceptione distinguere, quam ipsos istos characteres distinctivos enarrare et verbis exprimere valemus. Ita satis facile rattum a mure domestico, cuniculum a lepore timido dignoscendi, difficile vero notas characteristicas eruendi, quibus ista diversitas quam omnes sentimus, nititur. Et eadem quoque difficultate idem, de quo agimus argumentum, laborare, magni in eo studio viri aperte et ingenue confessi sunt, adeo ut Linnaeus, vir immortalis et characteribus rerum naturalium investigandis hisque systematice ad eos ordinandis vere natus, in praefatione Faunae Suecicae *rem perquam arduae indaginis esse* dicat, *propriam tradere hominis differentiam specificam;* imo et *nullum se hactenus characterem eruere potuisse* fateatur, *unde homo a simia*

sertim studio contingere videmus, ubi subinde longe facilius aliquam speciem a congeneribus primo intuitu et sensuali quadam perceptione distinguere, quam ipsos istos characteres distinctivos enarrare et verbis exprimere valemus. Ita satis facile rattum a mure domestico, cuniculum a lepore timido dignoscendi, difficile vero notas characteristicas eruendi, quibus ista *diversitas quam omnes sentimus*, nititur. Et eadem quoque difficultate idem, de quo agimus argumentum, laborare, magni in eo studio viri aperte et ingenue confessi sunt, adeo ut Linnaeus, vir immortalis et characteribus rerum naturalium investigandis hisque systematice ad eos ordinandis vere natus, in praefatione Faunae Suecicae rem *perquam arduae indaginis esse* dicat, *propriam tradere hominis differentiam specificam*; imo et nullum se hactenus characterem eruere potuisse fateatur, unde homo a simia

simia internoscatur: et in systemate naturae *mirum* censuerit, *adeo parum differre stultissimam simiam a sapientissimo homine, ut iste geodaetes naturae etiamnum quaerendus, qui hos limitet;* denique et revera homini neque genericum neque specificum characterem adjunxerit, contra vero simiam longimanam ipsi congenerem fecerit.

§. 2.

Ordo tractationis.

Liceat interim ea enarrare quibus, si quid recte video, homo a ceteris animalibus differre videtur, in quo quidem negotio ita versabor ut

I°. ea enumerem quae corporis humani *conformationem externam* attinent;

II°. quae *fabricam internam;*

III°. quae *functiones oeconomiae animalis*;

IV°. quae *animi dotes* spectant;

his V°. pauca subjungam de *morbis* homini propriis;

et VI°. denique loco eorum recensum dabo, quibus vulgo ast *falso* hominem a brutis distingui putarunt.

§. 3.

I. *Conformatio externa*

Quo quidem nonnullos quoque refero characteres, qui, etsi ad sceleti fabricationem proxime attineant, tamen in ipso externo corporis habitu, dehinc pendente, patescant: tuncque sequentes, maxime si junctim colle-

collectivi spectentur, ad humani generis definitionem sufficere videntur:

A) *statura erecta;*

B) *pelvis lata, depressa;*

C) *manus duae;*

D) *dentes aequali serie approximati.*

Ad haec, tanquam ad capita sua, reliqua quae humani corporis habitus priva prae se fert, commode referri poterunt; adeoque de singulis jam seorsim agamus.

§. 4.

A) *Statura erecta.*

Bina hic probanda nobis incumbunt momenta:

1° nempe, staturam erectam homini natura sua convenire;

2do eandem homini propriam esse. Hoc infra patescet (v. §. 10.).

Illud vero cum a priori quod dicunt, evincitur ex ipsa corporis humani structura; tum a posteriori ex unanimi omnium quotquot novimus omnis aevi gentium consensu. Huic diutius immorari non magis opus est, quam argumento in contrarium allato quod ab infantum quadrupedum inter feras adultorum exemplis petere solent. Qui enim rem serius agunt, facile vident, nullum alium animo concipi posse statum hominis, ab eo cui natura eum destinavit, longius abhorrentem, quam ipsum istum quos innuimus miserorum infantum; ita ut eodem jure monstrosum quemvis partum pro norma ideali conformationis humanae habere, quam eiusmodi infantibus feris ad demonstrandum naturale hominis ingressus et

1° nempe, staturam erectam homini natura sua convenire;

2do eandem homini propriam esse. Hoc infra patescet (v. §. 10.).

Illud vero cum a priori quod dicunt, evincitur ex ipsa corporis humani structura; tum a posteriori ex unanimi omnium quotquot novimus omnis aevi gentium consensu. Huic diutius immorari non magis op[illegible] est, quam argumento in contrarium allato quod ab infantum quadrupedum inter feras adultorum exemplis petere solent. Qui enim rem serius agunt, facile vident, nullum alium animo concipi posse statum hominis, ab eo cui natura eum destinavit, lon[illegible] abhorrentem, quam ipsum istum quos innuimus miserorum infantum; ita ut eodem jure monstrosum q[illegible] vis partum pro norma ideali conformationis humanae habere, quam eiusmodi infantibus feris ad demonstrandum naturale hominis ingressum et

et vitae genus abuti, liceat. Imo vero quodsi in istas de feris infantibus relationes curatius paulo inquirimus, apparet potius in maxime genuinis et vere extra dubitationis aleam positis exemplis, ut celebris nostri Petri Hamelensis *a)*, (*Peter the wild boy, Juvenis Hannoveranus* Linn.) puellae campanicae *b)*, viri pyrenaici *c)*, aliorumque, miseros hosce erectos

a) cfr. conjunctiss. Voigt *Magazin für Physik u. Naturgesch.* T. IV. P. III. pag 91. tum et (cl. Monboddo) *antient metaphysics* T. III. Lond. 1784. 4. pag. 57. et 367.

Quanti faciat Scotus ille philosophus Petrum Hamelensem praeter alia sequentibus profitetur: "*this phaenomenon is „more extraordinary, I think, than the „new planet, or than if we were to disco„ver* 1,000 *more fixed ſtars, besides „those lately discovered*"

b) (de la Condamine, *histoire d'une jeune fille sauvage* Paris 1761. 12.

c) cfr. Leroy *sur l'exploitation de la mâture dans les Pyrenées.* Lond. 1776. 4. pag. 8.

tos incessisse; in historia vero reliquorum qui vulgo pro quadrupedibus habiti sunt, ut *juvenis ovinus Hibernus* Linn. varia occurrere, quae eam valde dubiam et sublestae fidei reddunt *d)*: ita ut Linnaeanus ille

d) videsis v. c. quae meritissimus ceteroquin Tulpius de iuvene isto Hiberno refert *observat. medicar.* L. IV. cap. 9. "*adolescens* 16 *annorum in Hibernia* inter „oves sylvestres *ab incunabulis altus*, *induerat quasi* naturam „ovillam, — *vultu truci*, — *rudis*, „*temerarius*, *imperterritus*. — *Vixerat* „*in montibus asperis*, *ac locis feris*, *ipsus* „*non minus ferox ac indomitus*" &c. — quaenam quaeso oves sylvestres in Hibernia? qualis natura ovilla? an ferox et indomita? Certe cuivis historiolam hanc critica lance perpendenti facile orietur suspicio stupidum istum stipitem, tanquam prodigium spectaculi causa per Hollandiam ductum, non magis forte ad homines inter feras adultos pertinuisse, quam simile monstrum ibidem loci aliquando ab impostore fraudulento pro Eskimota exhibitum, (de quo v. *Recherches philosophiques sur les Américains* T. I. p. 258.) ad genuinos terrae Labrador incolas.

ille Homo sapiens *ferus* (S. N. ed. XII. T. I. p. 28) non maiori sane jure *tetrapus* quam *hirsutus* vocatus videatur.

§. 5.

Naturam hominem erexisse ex fabrica eius evincitur.

Taedet quidem pigetque rei per se manifestae evidentisque demonstrationem longa deducere virga: intactam tamen plane dimittere vetat claror. viror. biga, P. Moscati scil. Italus, et A. Schrage *e)* Belga, contrariae sententiae paradoxi fautores. Interim vero pauca e pluribus delibasse sufficiat.

Erectum ergo statutum esse a natura hominem declarat jam primo intui-

e) v. Ej. ***Verhandeling over de Longteering*** in diario cui titulus *Genees - Natuur - en Huishoud - kundige Jaarboeken* T. III. P. I. pag. 32.

intuitu *longitudo* crurum *pro portione trunci et brachiorum.* Quamquam enim Daubentonio assentire nequeam, quando nulli praeter hominem animanti tantos pedes posteriores datos esse putat *f)* qui truncum cum capite longitudine sua exaequent; utpote quod variorum mammalium (ut simiae laris et jerboae capensis) exemplis refutatur; illud tamen cuivis patet, hominem ita fabrefactum neutiquam quadrupedum more ingredi posse, cum nec ipsi infantes aliter quam genubus nixi repere queant, etiamsi his ea tenella aetate crura pro ea quam diximus portione, breviora sint, quam adultis.

Verum non longitudo solum, sed et *robur* insigne crurum si cum gracilioribus brachiis comparaveris, aperte monstrant ista unice ad fulciendum corpus a natura parata esse; quod

f) v. *Mémoires de l'acad. des sciences de Paris* 1764. pag. 569.

quod quidem maxime argumento ex *osteogenia* petito evincitur, quo nempe in nuper nato infante ossa tarsi, et maxime quidem calcaneum, longe citius ossescere et perfectiora fieri quam carpi ossa, constat: idque ut rei natura fert, cum manus tenellae primis aetatis annis vix ullam vim exserere necesse habeant, pedes autem jam primo anno ad finem vergente ad corpus sustinendum et ad gressum erectum apti esse debeant. ut surae validos lacertos taceam maxime solei musculi cum gemello suo, quippe qui ad erectum hominem sustinendum tam robusti et insignes a natura parati sunt ut exinde soli homini veras suras tribuendas esse censuerint cum Aristotele veteres anthropologi.

Porro universa *thoracis compages* docet hominem nullatenus quadrupedum more ingredi posse. His enim si longipedes sunt thorax contigit

tigit ad latera quasi compressus antrorsum vero carinatus, et claviculis destituuntur ut pedes ex utroque latere aptius invicem convergere, adeoque corporis pondus facilius et firmius sustinere queant. Praeterea quadrupedibus aut longius sternum, aut maior costarum numerus propius versus cristas ilei descendentium concessa sunt, ad sustentanda in situ trunci horizontali viscera abdominalia. Quae vero omnia in homine bipede aliter se habent. Thorax ipsi magis complanatus, humeri clavicularum repagulis late divaricati, sternum breve, abdomen maiore quam in iis quae diximus animalibus osseis fulcris destitutum et quae sunt id genus alia, quae neminem vel pauca quadrupedum, praesertim longipedum, sceleta cum humano attentius comparantem fugere poterunt, utpote quae omnia monstrant quam inepta hominis fabrica ad incessum quadrupedum sit, qui ipsi non nisi incer-

incertus, vacillans, maxime molestus et defatigans esse queat.

§. 6.

B) *Pelvis humana lata et depressa.*

Maximum vero accedit robur hactenus dictis consideratione *pelvis humanae*, cuius peculiaris plane conformatio itidem characterem diagnosticum praebet quo homo mirum quantum a simiis anthropomorphis et in universum ab omnibus ac singulis reliquis mammalibus longissime et apertissime differt.

Etsi enim paradoxum et affectatum videatur, defendi tamen posset assertum, non nisi humano sceleto genuinam pelvim tribuendam esse. Talem scilicet ossium innominatorum cum sacro et coccyge syntaxin quae ad *pelvis* s. lavacri similitudinem

nem accedat: a qua quidem pelviformi fabricatione reliquorum mammalium coxae elongatae, mirum quantum distant. Nam et simiae satyri et elephantis coxendices, quanquam paulo propius quam in reliquis mammalibus quorum sceleta perquisivi ad humanae pelvis formam accedere videantur, nihilominus tamen in priori longitudine sua latitudinem excedunt, in posteriori autem pubis synchondrosin valdopere elongatam prae se ferunt, et in utroque ab ea quam diximus lavacri similitudine manifeste differunt, utpote quae in solo homine tum ilii ossium super linea innominata explanatione, et synchondroseos gracilitate, tum vero et ossis sacri inde a promontorio incurvatione et coccygis vertebrarum versus anteriora directione, conspicua est.

§. 7.

nem accedat: a qua quidem pelviformi fabricatione reliquorum mammalium coxae elongatae, mirum quantum distant. Nam et similae satyri et elephantis coxendices, quanquam paulo propius quam in reliquis mammalibus quorum sceleta perquisivi ad humanae pelvis formam accedere videantur, nihilominus tamen in priori longitudine sua latitudinem excedunt, in posteriori autem pubis synchondrosin valdopere elongatam prae se ferunt, et in utroque ab ea quam diximus lavacri similitudine manifeste differunt, utpote quae in solo homine tum ilii ossium super linea innominata explanatione, et synchondroseos gracilitate, tum vero et ossis sacri inde a promontorio incurvatione et coccygis vertebrarum versus anteriora directione, conspicua est.

§. 7.

§. 7.

Vicinarum partium mollium ad pelvis humanae formam, relatio.

Postica pelvis facies glutaeis musculis fundamentum praebet, quorum extimi s. magni crassitie nullos alios corporis musculos pares habent, et insigni adipis strato obtecti *nates* formant, quarum carnosam, habilem et subglobosam amplitudinem qua podex absconditur, tum classici historiae naturalis auctores, ut Aristoteles *g)* et Buffon *h)*, tum summi physiologi, ut Galenus *i)* et Hallerus

g) *de partib. animalium.* IV. 10.
h) *Hist. nat.* T. II. pag. 544. "*Les fesses „n'appartiennent qu' à l'espèce humaine*"
i) *de usu partium* XV. 8.
Physicotheologicum finem huius praerogativae argute excogitavit Spigel *de humani corporis fabrica p.* 9.
„*Solus homo ex omnibus animalibus „commode sedet, cui carnosae et magnae „nates contigere, et pro substernaculo pulvinarique, tomento repleto, inserviunt. ut „citra*

rus *k)* pro principe charactere habent, quo homo a simiis utpote quae plane depyges sunt, maxime differat.

Porro et ab ea quam diximus ossis sacri et coccygis incurvatione memorabilis genitalium muliebrium internorum et quidem vaginae praesertim directio pendet, cuius quippe axis longe magis quam in ceteris mammalibus femineis ab axe vulgo sic dicto pelvis antrorsum declinat, quod quidem partum difficiliorem reddere solet, contra vero multis aliis incommodis quibus, maxime durante graviditate, erecta incedens mulier obnoxia esse posset, egregie praecavet.

Eidem

„citra molestiam sedendo, cogitationibus „rerum divinarum animum rectius appli- „care posset."

k) de corp. hum. functionibus T. I. pag. 57. *"neque alia nota simiae facilius ab homi- „ne dignoscuntur."*

Eidem vaginae directioni tribuendum, quod in humano genere sequior sexus non ut brutorum femellae *retromingens* sit; idque eo minus cum in his (quantum hactenus constat) urethrae ostium non ut in muliere intra ipsa labia pudendi exeat, sed retrorsum in ipsam vaginam hiet, quod quidem in ipsis animalibus anthropomorphis, papione scil. maimon et simia cynomolgo, quae animalia cultro anatomico subieci, expertus sum.

Et secundum eandem vaginae muliebris directionem componere licebit litem inde a Lucretii temporibus saepius agitatam, quaenam *in coitu positura* homini maxime conveniat

„Et quibus ipsa modis tractetur
blanda voluptas?"

quanquam enim non uno modo sacra haec celebrare possit homo, eademque cultus varietas a Latinobar-

baris *l)* ad ea relata sit quibus ipse a brutis differat, imo et physicae caussae quandoque intercedere possint quae eundem

»more ferarum,
»Quadrupedumque magis ritu»

concumbere suadeant *m)*; in universum tamen vaginae ad virilem hastam relatio obversae veneri magis adaptata videtur *n)*.

§. 8.

l) cfr. v. c. Carpi (Berengarii) *commentaria super anatomia* Mundini pag. XIII. — „*Homo inter caetera animalia coit per di-„versos situs dando amplexus et oscula, et „detestandus est in hoc, quia est magis „vitiosum ac voluptuosum et diabolicum, „quam rationale.*"

m) v. Kaempfii *enchiridium medicum* p. 181.

n) Cum ante biennium Londini versatus ingentem thesaurum picturarum linearium perlustrarem, in Augustissimi Magnae Britanniae Regis bibliotheca asservatum, prae omnibus admiratus sum et curatius pertractavi celebre volumen iconum ad humanam aeque ac comparatam anatomen facientium, a summo pictore Leonardo da Vinci

baris *l)* ad ea relata sit quibus ipse a brutis differat, imo et physicae caussae quandoque intercedere possint quae eundem

»more ferarum,
»Quadrupedumque magis ritu»

concumbere suadeant *m)*; in universum tamen vaginae ad virilem hastam relatio obversae veneri magis adaptata videtur *n)*.

§. 8.

l) cfr. v. c. Carpi (Berengarii) *commentaria super anatomia* Mundini pag. XIII. — „*Homo inter caetera animalia coit per di-* „*versos situs dando amplexus et oscula, et* „*detestandus est in hoc, quia est magis* „*vitiosum ac voluptuosum et diabolicum,* „*quam rationale.*"

m) v. Kaempfi *enchiridium medicum* p. 1[illegible].

n) *Cum ante biennium Londini versans ingentem thesaurum picturarum lineari[illegible] perlustrarem, in Augustissimi Magnae Britanniae Regis bibliotheca asservatum, prae omnibus admiratus sum et curan[illegible] per-tractavi celebre volumen ico[illegible] ad humanam aeque ac comparatam anatom[illegible] facientium, a summo pictore Leo[illegible] da V[illegible]*

§. 8.

Obiter de hymene, nymphis, clitoride.

Ut obscena haec femineo sexui in humano genere propria, junctim absolvamus, *hymenis* quoque mentio iniicienda est, quae quidem membranula, quantum sciam, hactenus in nullo alio animante reperta est. Neque in simiarum neque in papionum femellis ullum eius vestigium aut reliquiae in carunculas myrtiformes mutatae mihi inquirenti occurrerunt; non magis quam in elephante femi-

Vinci calamo exaratarum, inter quas maxime eminet singularis plane et in suo genere unica delineatio viri cum foemina concumbentis, utriusque vero trunco ita dissecto, ut ea quam innuimus virilis genitalis tensi ad vaginae directionem aptissima relatio, luculenter patescat. — Ingeniosissimae tabulae curatissimum apographum debeo amicitiae viri humanissimi et egregii artificis Jo. Chamberlaine, collectionis istius Regiae praefecto.

femineo ante plures annos per Germaniam ducto, cuius genitalia ideo curatius exquisivi, quod nunciatum mihi esset b. Trendelnburgium medicum tunc temporis apud Lubeccenses clarissimum, in eadem bellua hymenis quandam speciem observasse. Memorabilis ceteroquin in puellari corpore particula, utpote cuius nullam plane physicam utilitatem conjectura assequi possum. Minus certe arrident quae a physiologis super fine hymenis prolata sunt; omnium vero minime quam Hallerus subjungit parum acuta sententia, "cum so„lo in homine sit repertus, etiam ad „*morales* fines ei esse concessum „signum pudicitiae."

De *nymphis* et *clitoride* ambigere videtur Linnaeus, an praeter muliebrem in genere humano sexum aliis quoque femellis concessae sint? verum neutram istarum partium homini propriam esse, ipse comperi, clitori-

femineo ante plures annos per Germaniam ducto, cuius genitalia ideo curatius exquisivi, quod nunciatum mihi esset b. Trendelnburgium medicum tunc temporis apud Lubecenses clarissimum, in eadem bellua hymenis quandam speciem observasse. Memorabilis ceteroquin in puellari corpore particula, utpote cuius nullam plane physicam utilitatem coniectura assequi possum. *Minus certe arrident* quae a physiologis super fine hymenis *prolata* sunt; omnium vero minime quam Hallerus subiungit parum acuta sententia, "cum solo in homine sit repertus, etiam ad „*morales* fines ei esse concessum „signum pudicitiae."

De nymphis et clitoride ambigere videtur Linnaeus, an praeter muliebrem in genere humano sexum aliis quoque femellis concessae sint? verum neutram istarum partium homini propriam esse, ipse comperi. clitori-

toridem enim post tot alios testes idoneos in multifariis diversorum ordinum mammalibus luculenter observavi, eamque passim ingentem, ut in papione maimon et lemure tardigrado, omnium vero maxime prodigiosam, pugilli mensura, in balaena boope 52 pedum longitudine, quam recenter in littus eiectam m. Dec. 1791 prope Sandfortum Hollandiae curate contemplatus sum.

Nymphas autem in lemure mongoz quem ipse per plures annos vivum alui, humanis simillimas reperi.

§. 9.

C) *Homo animal bimanum.*

Fluit ex iis quae hactenus de statura hominis erecta dicta sunt, summa conformationis eius externae praerogativa, *liberrimus* scil. *usus binarum perfectissimarum manu-*

um;

um; quarum quippe conformatione tantopere reliqua animantia praecellit ut hinc tritum Anaxagorae sophisma ortum duxerit ab Helvetio nostris temporibus recoctum: "sapientissimum ideo videri hominem quia „manibus esset instructus." Haec sane nimis paradoxa; propius contra a naturae veritate abesse videtur Aristotelis assertum: "solum hominem vere habere manus quae *verae* „sint manus;" cum in ipsis simiis anthropomorphis, principalis manuum pars, *pollex* inquam, pro portione brevis sit, fere muticus, et ut summi Eustachii vocibus utar, omnino ridiculus: ita ut certe nulla alia manus praeter humanam, organi organorum appellationem mereatur, qua idem Stagirites eam extulit.

§. 10.

Simiae contra et affinia animalia, quadrumana.

Simiae et alia animantia vulgo anthropomorpha dicta, ex papionum, cercopithecorum et lemurum genere, revera neque bipeda dicenda sunt, neque quadrupeda, sed *quadrumana.* Pedes enim eorum posteriores itidem pollice genuino instructi sunt, *non hallice* qui homini bipedi unice concessus est *o)*: imo vero maiori jure quam anteriores eorum pedes manuum nomen merentur, cum aptius quam istos ad prehendendum fabricatos esse constet, itemque detur quidem cercopitheci species (paniscus) pollice manuum anti-

o) Exhibuit paradoxorum amantissimus Robinet T. V^{to} libri *de la nature* tab. 9. embryonis iconem, quem pro simia satyro venditat: cum tamen vel ex solis pedibus, hallice (non pollice) instructis, primo intuitu pateat humanum foetum esse.

anticorum destituta, nullum vero unquam innotuerit id genus animal quadrumanum quod posticae manus pollice careat.

Facile quoque exin componere licebit litem de simia satyro aliisque anthropomorphis agitatam, anne nempe natura sua in sylvis bipedes incedant anve quadrupedes. Certe neutrum. Cum enim manus non ad ingressum sed ad capiendum aptatae sint, per se facile patet, naturam haec animantia ad vitam in arboribus maxime degendam destinasse. Has scandunt, in his victum quaerunt, tuncque alterum manuum par ad sustinendum, alterum ad fructus decerpendos aliaque negotia ipsis inservit: eundemque in finem multis cercopithecis, manibus imperfectis instructis, providit natura cauda prehensili qua eo tutius se in arboribus firmare possint.

Artis vero et disciplinae opus esse quodsi quandoque simiae erectae incedentes visae sunt, monitu vix opus est, cum vel ex curatis ad vivum delineatis iconibus simiae satyri *p)* patescat quam incommoda et contra naturae ordinem affectata eiusmodi positura sit, qua manibus anterioribus baculo innititur, posticis interim inepto modo in pugnum complicatis *q)*. Neque unquam simiae aut alius praeter hominem animantis mammalis exemplum mihi innotuit, quod, ut hic, erectus *alterutro* pede insistens, aequilibrium servare possit.

Patet hinc staturam erectam, uti homini natura sua vere convenire vidimus, ita et ipsi *propriam* esse (§. 4.). Siquidem

p) vide sis v. c. cl. Vosmaer monographiam.

q) Minus recte ergo Linnaeus asseruit "*dari simias erecto corpore binis aeque ac homo pedibus incedentes, et pedum et manuum ministerio humanam referentes speciem.*"

„*Unica* gens hominum celsum levat altius cacumen,
„Atque levis recto stat corpore."

§. 11.

D) *Dentium humanorum proprietates.*

Dentes homini magis quam ceteris mammalibus *aequali serie approximati sunt.*

Incisores inferiores magis erecti, quod ad principes humani corporis characteres distinctivos refero.

Laniarii neque exserti, neque remoti, sed eodem ordine vicinis iuncti.

Molares apicibus singulariter obtuse gibbis, quibus a dentibus molaribus simiae satyri, et longimanae et quotquot aliarum huius generis specierum crania indagavi, evidentissime differt.

Man-

Mandibula denique humana tribus characteribus insignis est; *brevitate* inquam eximia, tum *mento prominulo* quod incisoribus erectis respondet, maxime vero *condylorum* singulari forma, directione, et cum ossibus temporum iunctura, quibus certe ab omnibus quas novi aliorum mammalium maxillis differt, et quae manifeste monstrant hominem a natura omnis generis victui ceu animal vere *omnivorum* destinatum esse.

§. 12.

Reliqua quae exteriori homini propria videntur, ut corpus depile etc.

Taceo nonnulla minoris momenti quae itidem ad characteres distinctivos hominis referri solent, ut *auriculae appendiculam, labia tumidula,* praesertim inferius et quae sunt id genus alia.

Pau-

Paucis saltem de *glabra* corporis humani *laevitate* agere oportet et inquirere, quatenus ea inter signa diagnostica referri possit quibus homo ab aliis mammalibus, ipsi quodammodo similibus, differt. "*Dantur*" quidem, ex Linnaei asserto, „*alicubi terrarum simiae minus* „*quam homo pilosae;*" candide vero profiteor me hactenus *ubinam* terrarum simiae hae extent, frustra quaesivisse. Contra vero eas simias anthropomorphos quae vulgo sub communi Malaico nomine *Oran-utan* complectuntur, et quidem tam Angolenses, quam insulae Borneo indigenas, aeque ac simiam longimanam *natura sua* longe magis quam hominem hirsutas esse, unanimi itinerariorum fide dignorum consensu, tum et exemplis istorum animantium in Europa passim visorum, constat: utpote quae, etiamsi nondum adoleverint et tenui valetudine

usa

usa sint, nihilominus tamen *magis* quam homo pilosa fuerint.

Illud vero extra dubitationem positum, observatos passim esse et quidem maxime in quibusdam maris pacifici insulis, incolas hirsutiore corpore insignes; quorum tamen curatior descriptio hactenus desideratur.

Primus eorum mentionem fecit nauticis expeditionibus cel. Spangberg *r)* qui a Japoniae oris Kamtschatkam reversus in australiore Kurilium insularum (latit. 43°. 50′) eiusmodi gentem se reperisse refert *s)*:

Passim tantummodo eiusmodi individua anomala inter incolas insularum Tanna, Mallicolo et Novae Cale-

r) Müller's *Sammlung Russischer Geschichte* T. III. pag. 174.

s) Procul dubio *Nadigsda* insula, de cuius incolis idem, sed fando solum, accepit magni Cookii sodalis, Jac. King in *voyage to the northern hemisphere* T. III. pag. 377.

Caledoniae observavit cl. J. R. Forster *t*).

De simili stemmate Sumatrae fama est, quod interiora insulae habitare dicitur et *Orang gugu* vocatur *u*).

Uti vero in universum homo glabra magis et laevi cute conspicuus est, ita contra partes nonnullae singulares corporis humani magis quam in brutis animantibus pilosae videntur, ut pubes et subaxillaris scrobiculus, quas ideo veteres itidem ad characteres homini proprios retulerunt.

§. 13.

t) v. Ej. *Bemerkungen auf seiner Reise um die Welt* pag 218.

u) Refert quae de iis relata audivit classicus de ea insula auctor cl. Marsden, *history of Sumatra* pag. 35. not. *)

§. 13.

B. Memorabiles corporis humani proprietates, respectu ſabricae internae.

Absolutis quae de proprietatibus corporis humani externi monenda erant, jam ad alterum tractationis momentum (§. 2.) *ſabricam* scil. eius internam delati sumus; circa quam tamen Neoptolemum sequi, et paucis philosophari angusti huius loci limites nos iubent. Universam hanc disquisitionem ad bina iterum capita referre licebit,

A) ea indagando quibus homo aut solus, aut cum paucis tantum aliis animantibus *caret*;

B) ea, quae ipsi contra *propria* sunt.

§. 14.

A) Partes internae quibus homo caret.

Partes hae in brutis mammalibus, maxime domesticis reperiundae, quon-

§. 13.

II. *Memorabiles corporis humani proprietates, respectu fabricae internae.*

Absolutis quae de proprietatibus corporis humani externi monenda erant, jam ad alterum tractationis momentum (§. 2.) *fabricam* scil. eius *internam* delati sumus; circa quam tamen Neoptolemum sequi, et *paucis* philosophari angusti huius loci limites nos iubent. Universam hanc disquisitionem ad bina iterum capita referre licebit,

A) ea indagando quibus homo aut solus, aut cum paucis tantum aliis animantibus *caret;*

B) ea, quae ipsi contra *propria sunt.*

§. 14.

A) *Partes internae quibus homo caret.*

Partes hae in brutis mammalibus, maxime domesticis reperiundae,

quon-

quondam, cum humana cadavera secandi rarior opportunitas esset, aut zootomiae amore negligeretur ad unum fere omnes homini quoque vulgo tributa sunt.

Pertinet huc v. c. *panniculus carnosus* s. musculus subcutaneus a Galeno eiusque sequacibus, imo vero et ab ipso anatomes humanae restauratore et a Galenicis erroribus acerrimo vindice, Vesalio inquam, male homini tributus, a Nicolao Stenonis vero huic recte negatus et unice brutis animantibus adscriptus.

Rete mirabile arteriosum itidem a Galeno inter partes corporis humani relatum, Vesalius post Berengarium Carpensem huic deesse monstravit.

Musculo oculi suspensorio s. *bulboso*, s. *septimo* quo quadrupeda mammalia instructa sunt, hominem carere primus ad naturae veritatem docuit Fallopius.

Nul-

Nullam humano foetui concessam esse membranam *allantoidem*, reliquis mammalibus tantum non omnibus communem, serius demum evictum est.

Taceo alias partes in paucioribus saltem brutorum animantium generibus repertas quidem, nihilominus tamen aliquamdiu homini etiam falso tributas, ut *pancreas* sic dictum *Asellii*, *ductus hepaticysticos*, *corpus Highmori* etc.

aut eas quae uti quibusdam tantum mammalium ordinibus datae, ita etiam tam manifeste homini negatae sunt, ut nemo facile eas ipsi tribuere potuerit, quo v. c. *membranam nictitantem* refero (quam ordinis in disserendo caussa aptius hic nominandam censui, etsi potius ad externas partes pertineat), et *ligamentum suspensorium colli*, et quae sunt id genus alia.

 Fora-

Foramen incisivum pone dentes primores superiores homini quidem cum quadrupedibus commune est, pro portione tamen minus, et simplex, cum in plerisque ceteris mammalibus duplex sit et in multis ingentis magnitudinis.

§. 15.

Os intermaxillare.

Memorabilis ossis non unam ob caussam seorsim mentio injicienda est. Quae enim in homine contigua sibi sunt ossa maxillae superioris, omnesque ac singulos dentes superiores infixos tenent, in brutis antrorsum tertio quodam singulari osse cunei in modum ipsis interjecto ab invicem separantur, cui Hallerus ideo quod dentes incisores superiores (si qui adsint) ipsi insideant ossis incisivi nomen dedit. At enim vero cum et in iis reperiatur mammali-

malibus quae istis dentibus prioribus destituuntur, ut pecora, et elephas, et rhinoceros bicornis africanus, aut quae plane edentula sunt ut myrmecophagae et balaenae, potius *os intermaxillare* vocandum censui *w)*. Aliis hocce os unicum est et indivisum, multis contra bipartitum, omnibus vero suturis propriis a vicinis calvariae ossibus distinctum, faciali altera plerisque utrinque secundum nasum ad extremos incisorum alveolos tendente, palatina altera ab istis alveolis versus foramina palatina antica arcuata. Cum ergo desideratissimus Camper defectum huius ossis ad principes characteres retulerit quibus homo ab aliis mammalibus differat, duplex sane oritur quaestio

1) num vere homo eo careat,

2) numque omnia reliqua mammalia eodem instructa sint?

 Pri-

w) clarissimis zootomis Vitet et Vicq-d'Azyr audit *os maxillare inferius*, Blairio in osteographia elephantina *os palati*.

Prius ante bina cum dimidio secula acerrimae inter anatomicos id temporis disputationi ansam praebuit. Cum enim Galenus eas quas diximus ossis intermaxillaris suturas inter reliquas cranii recenseat, Vesalius hoc argumento post tot alia utebatur ut demonstret istum non ad humanum sceletum sed ad simiae, enchiridium suum osteologicum tam diu pro canone habitum, composuisse. Post vana autem Jac. Sylvii tentamina miseris praetextibus Galenum suum vindicandi *x)* totam hanc quaestionem tam perfecte diremtam putabamus ut praeter omnem opinio-

x) Adeo se torquet in salvando divino suo Galeno, ut denique et ad eam excusationem delabatur, etiamsi *hodiernum* homines osse intermaxillari careant, Galeni tamen tempore eos utique eodem instructos esse potuisse, neque ideo hunc anatomicorum principem accusandum esse — "*sed naturae impedimenta quaedam, nostris corporibus in victu et venere intempestiva ac immodica vitiis succedentia.*"

nionem acciderit quando cl. Vicq-d'Azyr nostris temporibus analogiam inter hominis et brutorum ſabricam quoad os intermaxillare tanquam rem inexpectatam demonstrare conatus est *y)*. Unicum enim quo ea analogia nititur similitudinis vestigium, rimula scil. semilunaris in foetuum humanorum et infantum ossibus maxillaribus ex transverso pone dentium incisorum alveolos spectanda, et quandoque etiam in adultis superstes pridem tritissimum est *z)*. Male autem eam ſissuram suturae nomine insigniri, jam ante ducentos et quod excurrit annos sapienter et ad naturae veritatem monuit acutissimus Fallopius *a)*. Facialem vero ossi-

y) v. *Memoires de l'acad. des sciences de Paris a.* 1780.

z) v. iam Vesalii et Coiteri icones.

a) "*dissentio*, inquit, *ab iis qui publice te-*
„*stantur reperiri* s u t u r a m *sub pa-*
„*lato per transversum ad utrumque cani-*
„*num pertinentem, quae in pueris pateat,*

„*in*

ossium maxillarium superficiem in humano cranio ne fissura quidem eiusmodi, nedum sutura, in simiis tam conspicua *b)*, notari, monitu haud opus est.

Quod vero alteram quaestionem attinet num *solus* inter mammalia homo osse intermaxillari careat, fateri utique oportet, me in pluribus quadrumanorum craniis incassum id quaesivisse.

Desunt enim suturae hocce os definientes in sceleto Cercopitheci mortae quod in museo academico asservatur; cuius ceteroquin cranium reliquas suturas satis distincte monstrat.

Neque

„*in adultis vero ita obliteretur, ut nullum* „*ipsius relinquatur vestigium. Nam reperio hanc, divisionem vel* r i m a m *potius esse quam suturam,* c u m o s a b „o s s e n o n s e p a r e t n e- „q u e i n e x t e r i o r i b u s „a p p a r e a t."

b) v. Eustachii *tab. anat.* 46. fig. 2.

Neque magis istas in alio eiusdem speciei sceleto reperi, quod cl. Billmann, chirurgus Cassellanus dexterrimus servat, quod vero senioris mortae fuit et plerasque suturas obliteratas habet, adeo ut ex unico hocce specimine nihil colligere liceat.

Verum tertium mihi innotuit eiusdem cercopitheci exemplum cuius notitiam amicissimo Schacht Professori Harderovicensi meritissimo debeo, quod itidem isto osse caret. Ita ut utique operae pretium videatur in aliis speciminibus huius animantis ultro circa intermaxillaris ossis praesentiam aut defectum inquirere.

In horrendo immanis vere simiae anthropomorphae sceleto ex insula Borneo, quod in thesauro rerum naturalium Principis Arausionensis Hagae Comitum curate et repetitis vicibus perquisivi, ne minimum quidem istarum suturarum vestigium vidi; verum grandem natu fuisse hanc si-

miam uti universus sceleti habitus ita praesertim plurimarum suturarum cranii coalitus docet *c)*.

Aliter vero se res habet cum cranio iunioris eiusmodi anthropomorphi animantis, cuius sceleti reliquias Londini in museo Britannico detexi, appensa adhuc schedula vetusta, quae docet esse simiae quam *Orang utang* vocant, ex insula Sumatra allatae a praefecto navis Aprice. In hocce quippe cranio intermaxillaris ossis suturarum ne umbra quidem aderat, quamquam reliquae ad unam omnes manifeste extarent.

Verum quoque nec Ed. Tyson in Angolensi suo satyro eas reperit, neque Daubentonii icon cranii similis ex

c) Miror contrariam sententiam tueri potuisse Camperum, utpote qui sceletum hunc aetatis nondum provectae simiae anthropomorphae fuisse, contendit. v. Ej. *Naturgeschichte des Orang-Utang* p. 146.

ex eodem natali loco animantis, eas exhibet.

Ut ut interim sit hoc sane certum quod itidem ad hominis characteres referri potest, hisce quae dixi simiarum craniis aeque ac reliquis mammalibus maxillas magis esse prominentes et antrorsum porrectas.

§. 16.

B) *Partium quarundam hominis internarum ab iis aliorum mammalium differentiae.*

Non nisi de paucis iisque maxime singularibus eiusmodi differentiis, hic nobis sermonem esse posse, facile intelligitur.

Ut ergo a capite incipiamus homini, praeter varia minoris momenti,lentem v. c. crystallinam ipsi (si ce-

tacea exceperis) pro portione ut videtur minimam, et adulto minus quam aliis animantibus convexam, foramen occipitale magnum magis quam in quadrupedibus antrorsum locatum *d)*, et quae sunt id genus alia *cerebri moles* contigit maxima, non quidem (quae inde ab Aristotelis temporibus praevaluerat opinio) pro portione universi corporis, sed ex eleganti cl. Soemmerringii observatione *respectu* habito *tenuitatis nervorum* exinde orientium *e)*. Quodsi ergo universum systema nervosum respectu physiologico in binas partes dividitur, alteram scil. nervosam proprie sic dictam, quae quidem

d) Daubenton in *Memoires de l'acad. des sciences de Paris* a. 1764.

e) v. Ej. *diss. de basi encephali* Goetting. 1778. pag. 17.

Id. *über die körperliche Verschiedenheit des Negers vom Europaeer* pag. 59.

It. J. Gottfr. Ebel *observationes neurolog. ex anatome comparata* Francof. ad Viadr. 1788.

dem ipsos nervos et eam utriusque cerebri et spinalis medullae portionem complectitur quae proxime ad origines eorum pertinet, et sensorialem alteram, quae propius ad vinculum spectat quo ipsae nervorum functiones cum animae facultatibus nectuntur, homini maxima portio nobilioris istius partis sensorialis concessa est.

Aeque memorabile est quod itidem acutissimi Soemmerringii sagacitas detexit; *arenulas glandulae pinealis* toties quidem iam ab aliis observatas, a 14to inde aetatis anno adeo constanter et perpetuo in humanis cerebris reperiundas esse ut itidem ad homini peculiaria referri mereantur *f)*. Semel tantum similes arenulas in cervi damae pineali glandula

f) cl. Soemmerring *de lapillis vel prope vel intra glandulam pinealem sitis.* Mogunt. 1785.
iconem dedit *diss. de decussatione nervorum opticorum* ib. 1786.

dula reperit. Et si quando in adulti hominis encephalo vere defuerunt, ad rarissimas certe anomalias referendum est, cuius defectus exemplum debeo egregio physiologo Patavino L. M. A. Caldani, utpote qui litteris me docuit inter quaterna quae anno 1786 simul eo scopo indagaverit cerebra humana, unum fuisse et quidem senescentis viri, in quo nullum infuerit arenulae pinealis vestigium.

In thorace *situs cordis* homini proprius nominandus venit quod quidem viscus non ut in quadrupedibus sterno incumbit, sed ut statura erecta secum fert, diaphragmati. Basis quoque eius non ut in istis capiti obversa sed thoracis vertebris, ut apex sinistrae mammillae, hincque istis cor dextrum et sinistrum quod huic contra anterius potius est et posterius. Paucissimis etiam praeter hominem aliis mammalibus *pericardium diaphragmati coalitum.*

Tu-

Tubus alimentarius perfecte talis qualem a n i m a l o m n i v o r u m habere oportebat.

Carnivoris scil. quodammodo similem dixeris ventriculi structura et intestini caeci brevitate:

herbivoris contra intestini tenuis longitudine et insigni a crasso differentia; colo bulboso; defectu glandularum odoriferarum smegma pone anum secernentium etc.

Muliebria denique praeter ea quae supra iam enarravimus, singulari uteri parenchymate; conceptus autem tum placentae textura tum funiculi umbilicalis longitudine et vena umbilicali unica insignis est.

Tenello vero *embryoni* humano quantum scio propria est aenigmatica hactenus *vesicula umbilicalis* quam omnibus humanis foetubus ad quartum circiter usque post conceptionem mensem, communem et secura-

cundum naturam convenientem esse, alias monui *g)* ubi et de aliqua eius analogia cum sacco vitellari pulli incubati, disserui.

§. 17.

III. *Homini propria, respectu functionum oeconomiae animalis.*

Maxime hic nominanda venit peculiaris plane humanae *telae mucosae* (quam vulgo cellulosam vocant) *teneritudo et obsequiosa mollities.* Uti enim notum est quam quid notissimum insignem intercedere varia animantium genera eorumque species differentiam quoad mucosae huius telae tenorem; tenaciorem v. c. esse anguillae, teneriorem contra farioni: ita et iam pridem a Zinnio quondam nostro, anatomico oculatissimo observatum est homini prae

g) *Commentationum societatis Regiae scientiar. Gottingensis* T. IX. pag. 116.

prae reliquis mammalibus, ceteris paribus, cellulosam esse subtilissimam et tenerrimam.

Ego vero aut graviter fallor aut eandem istius parenchymatis mollitudinem ad principes praerogativas referendam esse censeo, quibus homo prae ceteris animantibus eminet. Cum enim ea tela ab una parte per universum corpus a corio ad intima usque eius meditullia perfusa sit et omnibus ac singulis totius machinae partibus tanquam commune vinculum intertexta; ab altera autem sedem constituat maxime universalis omnium virium vitalium, *contractilitatis* nempe, a qua tonus Stahlio dictus proxime abesse videtur; mihi sane persuasum est, eidem telae mucosae in homine obsequiosae teneritudini maxime deberi quod ipse facilius quam ullum aliud mammale cuivis climati adsuesci, sub quavis caeli plaga degere possit.

Uti

Uti ergo natura hominem respectu victus ut supra vidimus, omnivorum fecit; ita respectu habitationis eum omnis soli et climatis (παντοδαπον) esse voluit; ideoque corpus eius ex maxime obsequioso contextu mucoso fabricata est, ut eo facilius ad multifarios diversorum climatum impulsus se aptare et accommodare possit.

Eidem autem adsuescendi aptitudini egregie respondet alia hominis proprietas physiologica, *tardum* nempe *incrementum, longa infantia, sera pubertas.* Nulli alii mammalium tam sero calvaria coalescit et dentes erumpunt, nullum praeter hominem tam sero pedibus inniti discit, et in staturam plenam adolescit, aut ad sexuales functiones exercendas maturescit.

Nullum vero ab altera quoque parte mammale quod respectu modicae corporeae molis tam *seroti-*

num vitae terminum h) habeat a natura praefixum.

Staturae mentio quam inieci, in mentem revocat singularem proprietatem itidem praeter hominem in nullo alio animanti quod sciam observatam, et a situ eius erecto pendentem, quod scil. *matutina corporis* eius *mensura* transversum digitum et quod excurrit, *vespertinam excedat i)*.

Sexua-

h) Terminum vitae humanae naturalem (qui nempe pro frequentiore et quasi regulari provectioris senii meta haberi possit) definire vix quidem licet. Memorabile tamen, quod plurium tabularum curata comparatione didici, satis multos pro portione senes Europaeos annum aetatis 84 attingere, paucos contra eum vivendo superare. Ratione ergo habita *humanae longaevitatis*, comparando eam cum aliorum mammalium vitae terminis, facile patet quanta vel eo quoque nomine homini concessa sit praerogativa, aut saltem longae infantiae cum fenore compensatio.

i) primum id observante a. 1724. clerico Anglo,

Sexuales vero quorum meminimus functiones de quibusdam ad eas pertinentibus sigillatim enarrandis monent.

Homini ergo in universum nullum ut bestiis *statutum* est peculiare *anni tempus* quo coitum appetat *k)*.

Viris in specie concessa praerogativa *pollutionum nocturnarum* quas quidem eatenus ad naturales hominis sani excretiones refero, ut iisdem si pro temperamenti et constitutionis ratione congruum ipsi fuerit a molesto et alias stimulante superfluo semine liberetur.

Feminis contra non minus proprius sed magis universus et omnibus com-

Anglo, Wasse. v. *Philosophical Transactions* T. XXXIII.

k) Nisi Augustino Nipho fidere malis, qui singulari *de amore* libro (quem Joannae Arragonensi ob eximiam pulcritudinem famosissimae dicavit), de caussis disputat, qui fiat "*ut aestate puellae sint libidino-* ,,*siores et amantiores: viri autem contra* ,,*hyeme.*"

communis videtur *fluxus menstruus*, ita ut recte Plinium mulierem solum animal menstruale vocasse putem. Novi quidem aliis quoque animantibus femineis et quidem maxime ex quadrumanorum ordine, passim ab auctoribus tributum esse eiusmodi fluxum, simiam v. c. dianam ex caudae apice menstruare dictum esse etc. At enim vero quoties a viginti inde annis aut in vivariis aut a circumforaneis monstratas femineas simias, papiones etc. mihi videre licuit, de ea re quaesivi, et passim quidem unam alteramve earum quandoque uterinae haemorrhagiae obnoxiam esse didici, quam vero in nulla periodum servare, asserebant cordatiores custodes qui ipsi eam pro morbosa contra naturae ordinem affectione habebant, quorumque plures candide fatebantur, vulgo eandem pro fluxu menstruo declarari ut plebis admiratio eo maior moveatur.

 Fabu-

Fabulosas contra credulae antiquitatis relationes de universis gentibus quarum feminae menstruo fluxu destitutae sint, alio loco paucis tangemus.

§. 18.

IV. *Quae homini respectu animae facultatum propria sunt.*

Omnes uno ore huc referunt tamquam summam et maximam hominis praerogativam, *rationis usum*. Curatius vero inquirenti quid ipsae hae voces sibi velint, mirationem subire necesse est, quam longe diversissimas de rationis notione reddant rationes philosophi maxime rationales. Aliis enim est peculiaris plane et homini unice propria animi facultas, aliis eximius saltem et valdopere excellens gradus facultatis, cuius in brutorum anima non nisi tenuia vestigia extent. Aliis complexus omnium ac singularum humanae mentis altiorum facul-

facultatum. Aliis singularis directio facultatum mentis humanae et s. p.

> Non nostrum inter hos tantas
> componere lites.

Brevius autem et tutius expediri quaestionem confido, si, *a posteriori* ut dicunt, istam hominis praerogativam in eo ponimus quod ipsum reliquorum animantium imperantem et dominum facit *l)*. Esse ipsi hoc imperium in propatulo est. Aeque vero manifestum, caussam eius imperii non in corporeo hominis robore positam esse. Unice ergo ad animae dotes earumque praestantiam referenda est. Hasque dotes, quibus ergo homo reliqua animantia longissime superat, cuiuscunque ceterum indo-

l) „*Quisquis es iniquus aestimator sortis „humanae, cogita quanta nobis tribuerit „parens noster, quanto valentiora anima-„lia sub jugum miserimus, quanto velo-„ciora assequamur, quam nihil sit morta-„le non sub ictu nostro positum.*" Seneca.

indolis et naturae fuerint, *rationem* appellemus.

Natura hominem ut vidimus ita fabricata est ut omnivorus sit et universi terrarum orbis habitator. Illimitata autem haecce in victu et in sede libertas pro infinita fere varietate climatis, soli, aliarumque circumstantiarum, aeque multifarias affert indigentias quibus non uno modo obviam ire et mederi potest. Rationis ergo et inveniendi ingenio munivit eum creator quibus se istis conditionibus accommodare possit.

Hinc et jam vetustissimis temporibus a sapientissimis gentibus hic summus hominis principatus *inventionis* scil. *genius* divino cultu celebratus est. Thoth nempe ab Aegyptiis, Hermes a Graecis.

Ita enim, ut paucis multa complectar, *instrumenta* sibi conficit homo, adeoque acute eum definivit Frank-

Franklinus tanquam animal instrumentificum *(a tool-making animal)*; ita arma et tela sibi ipsi paravit; ita ignem excitandi modos sibi excogitavit; ita et, ut alter alterius adminiculo et auxilio uti posset, *loquelam* sibi *invenit*, itidem inter ea quae homini propria sunt *m)*, referendam, cum non ut vox animalium ipsi connata, sed, quod vel linguarum arbitraria varietas docet ab eo ficta et in usum versa sit *n)*.

§. 19.

m) Infinitae sunt veterum et nuperorum scholasticorum de loquela brutorum argutiae. Speciminis loco Albertum cognomine magnum citasse sufficiat, qui uni praeter hominem simiae anthropomorphae, pygmaeo inquam, loquelam concedit, attamen non sine memorabili restrictione. "*Pygmaeus*, "inquit, *loquitur quidem cum tamen sit irrationabile animal*, „v e r u m n o n d i s p u t a t, „*nec loquitur de universalibus rerum*, *sed* „*potius suae voces diriguntur ad res particulares de quibus loquitur.*"

n) Loquelam ab homine sibi *inventam* esse (de quo nostris adhuc temporibus dubita-

 bat

§. 19.

Obiter de risu et fletu.

Praeter istam quam modo diximus animi explanationem, loquelam inquam, aliae binae nominandae veniunt de quibus minus adhuc extra dubitationem positum est, num unice ut loquela homini conveniant, utpote quod non ab eo inventae sed ipsi connatae quasi sint, neque tam ad rationis usum quam ad animi pathemata pertineant; *risus* nempe, hilaritatis comes, et *fletus*

— — haec nostri pars optima sensus.

La-

bat meritissimus ceteroquin Suſsmilch), jam perspexit Hobbesius: " *The most* „*noble and profitable invention of all* „*other, was that of Speech, whereby men* „*declare their Thoughts one to another for* „*mutual utility and conversation; with-* „*out which there had been amongst men,* „*neither common-wealth, nor Society, no* „*more than amongst Lyons, Bears, and* „*Wolves.*" v. Ej. *Leviathan* pag. 12. ed. 1651.

Lacrumas quidem secernere multa praeter hominem animalia, tritissimum est. Quaeritur autem num et ex moerore plorent. Asserunt quidem de nonnullis idonei testes; ut de phoca ursina Steller *o)*, de camelis cl. Pallas *p)*. Ridendo vero hilaritatem manifestare bruta animantia magis dubium videtur; etsi passim ab auctoribus exempla notata sint. Le Cat v. c. simiam satyrum angolensem et plorantem et ridentem vidisse asserit *q)*.

§. 20.

V. *Morbi maxime memorabiles homini proprii.*

Quamquam haec pathologica primo intuitu minus ad historiam hominis

o) *nov. comment. acad. scient. Petropolit.* T. II. pag. 353.

p) v. Ej. *Nachrichten über die Mongolischen Völkerschaften.* T. I. p. 177.

q) v. Ej. *Traité de l'Existence du fluide des nerfs* pag. 35.

minis naturalem spectare videantur, tribus tamen verbis principalium inde mutuari liceat morborum recensum, qui itidem homini proprii sunt, cum utique etiam haec contra naturam phaenomena ipsi peculiaria in naturali corporis sui dispositione et habitu et animali oeconomia nitantur: eodemque adeo jure et hic notari mereantur, quo et animalium quorundam morbi ipsis proprii in historia eorum naturali recenseri soleant, ut lues bovilla, aut coryza maligna equorum, aut rabies spontanea canino generi frequentior etc.

Per se interim intelligitur non nisi de maxime memorabilibus morbis hic loci nobis sermonem esse posse, neque haec pauca e pluribus selecta extra omnem dubitationis aleam adhuc posita esse, cum nosologia brutorum si a paucis animantibus nobis domesticis discesseris, ob graves et partim insuperabiles difficultates fere inculta adhuc iaceat.

Magna

Magna tamen cum probabilitate inter morbos humano unice generi proprios nominandi veniunt:

Febres exanthemati- (i. e. tantum non omnes; aut sane ex his praesertim

Variolae, r)

Morbilli,

Scarlatina,

Miliares,

Petechiae,

Pestis.

Ex

r) Saltem ante aliquot annos Amstelodami et contagio varioloso locale quidem ... neutiquam vero febrem variolosam contractum fuisse, litteris tunc temporis me docuit medicus egregius cl. Jansen.

Magna tamen cum probabilitate inter morbos humano unice generi proprios nominandi veniunt:

F e b r e s   e x a n t h e m a t i c a e tantum non omnes; aut sane ex his praesertim

Variolae, r)

Morbilli,

Scarlatina,

Miliares,

Petechiae,

Pestis.

Ex

r) Simiae ante aliquot annos Amstelodami ex contagio varioloso locale quidem ulcus neutiquam vero febrem variolosam contractum fuisse, litteris tunc temporis me docuit medicus egregius cl. Jansen.

Ex haemorrhagiis

Epistaxis (?)

Haemorrhoides,

Menorrhagia.

Ex nervorum affectionibus

Hypochondriasis,

Hysteria,

Morbi mentis proprie sic dicti, ut *melancholia, Nostalgia* etc. forte et *Satyriasis* et *Nymphomania.*

Cretinismus.

Ex cachexiis

Rhachitis (?)

Scrofula (?)

Venerea lues,

Pela-

Pelagra,

Lepra cum *Elephantiasi.*

Ex localibus morbis

Amenorrhoea,

Cancer (?)

Clavus,

Hernia congenita (?)

Prolapsus variae species, ut ille *vesicae urinariae inversae* cuius curatiorem notionem debemus acumini egregii Bonn *s).*

Her-

s) Caussam, cur memorabile hoc conformationis vitium in humanis partubus toties, in aliorum vero mammalium foetibus, quantum mihi constat, nunquam observatum fuerit, in angustiore pro portione homini pubis synchondrosi, singulari fissura (quam itidem cl Bonn accuratissime indagavit) quasi bipartita, quaeren-

Herpes (?)
Tinea capitis.

Anceps haereo anne et huc referam vermes intestinales hominis, et binas ex *pediculorum* genere species, praeter ipsum quantum novi in nullo alio mammali observatas.

Taceo eos morbos qui etsi homini non proprii, tamen longe quam aliis animantibus frequentiores sunt, ut *dentitio gravis, mola, abortus, partus difficilis* etc.

§. 21.

VI. *Brevis recensus eorum quibus vulgo, ast falso, hominem a brutis differre putarunt.*

In plura huc pertinentia jam supra ut occasio ferebat, animadversum

rendam esse censeo. — cf. cl. Roose *diss. de nativo vesicae urinariae inversae prolapsu.* Gotting. 1793. 4. c. tab. aen.

sum est. Reliqua quae succurrunt succincte enarrantor.

Pertinet ergo huc v. c. *oculorum vicinitas*, utpote qui in simiis longe magis quam in homine invicem approximati sunt.

Cilia in utraque palpebra, quae praeter hominem multis aliis animantibus quadrumanibus praesertim, verum et elephanti concessa sunt.

Naso prominente hominem praecellit simia rostrata *t)*.

Auriculae non omnibus hominibus *immobiles* sunt, neque omnibus reliquis mammalibus mobiles. Excipiendae enim v. c. myrmecophagae.

Organon tactus plurimis quadrumanibus cum homine commune.
ita

t) v. Buffon, *hist. des quadrupèdes, Supplément* T. VII. tab. II. 12.

ita et *uvula.*

Verum pudet fere ea enarrare, quae nimis inepta sunt, ut *ructus* inter hominis praerogativas relatos *u)*,

et quod homo *non* ut bruta *saginari* possit *w)*, et quae sunt huius farinae alia.

u) v. Aemylianus *de ruminantibus.* pag. 50. „*cum rectè solus incedat homo, solus etiam* „*inter tot animalia ructat; nam cum le-* „*ves sint flatus, sublimiorem exposcunt* „*regionem, naturalique impetu quodam ad* „*sublime attolluntur.*"

w) Lorry in *histoire de la Société de medecine* a. 1779.

SECTIO II.

DE

CAUSSIS MODISQUE

QUIBUS

ANIMALIUM SPECIES DEGENERANT, IN UNIVERSUM.

§. 22.

Instituti ratio.

Hactenus ea indagavimus quibus homo a ceteris animalibus differt. Jam ergo scopo totius disser- [illegible] primario propius accedimus, [illegible] turi qualis et quanta diversitas [illegible] ipsas hominum gentes [illegible] ationes multifarias intercedat; [illegible] ponderaturi an haec diversitas dege-

ita et *uvula*.

Verum pudet fere ea e[illegible]rrare, quae nimis inepta sunt, u[illegible] inter hominis praerogativas rel[illegible] u),

et quod homo *non* ut bruta [illegible] *ginari* possit w), et quae sunt huius farinae alia.

u) v. Aemylianus *de ruminantibus* pag. 50. „*cum rectè solus incedat homo*, [illegible] „*inter tot animalia rectus*; [illegible] „*ves sint flatus*, [illegible] „*regionem*, *naturalique impetu* [illegible] „*sublime attolluntur*."

w) Lorry in *histoire de la Société de medecine* a. 1779.

Sectio II.

DE CAUSSIS MODISQUE QUIBUS ANIMALIUM SPECIES DEGENERANT, IN UNIVERSUM.

§. 22.

Instituti ratio.

Hactenus ea indagavimus quibus homo a ceteris animalibus differt. Jam ergo scopo totius dissertationis primario propius accedimus, tum inquisituri qualis et quanta diversitas nativa ipsas hominum gentes et nationes multifarias intercedat; tum ponderaturi an haec diversitas

 dege-

degenerando ortum suum traxisse potuerit, anve tanta sit ut plures potius generis humani species primigenias statuere oporteat. Antequam vero hoc fiat, binae adhuc considerandae sunt quaestiones

I) *quid sit* s p e c i e s *in zoologia*?

II) *quomodo in universum species primitiva in* v a r i e t a t e s *degeneret*?

atqui de utrisque seorsim.

§. 23.

I) *quid est* s p e c i e s?

Ad unam eandemque speciem pertinere dicimus animantia quodsi forma et habitu ita conveniunt ut ea in quibus differunt, degenerando solum ortum duxisse potuerint.

Diversas contra species vocamus quarum differentia tam essentialis est

est ut ex notis fontibus degeneratio-nis (sit venia verbo) explicari nequeat.

Hactenus bene, *in abstracto* quod vocant.

Jam vero characteres exhibere quibus *in ipsa rerum natura* meras varietates et genuinas species ab invicem distinguere possimus, hoc opus, hic labor.

Raius quidem, vir immortalis, praeterito jam seculo, adeoque diu ante Buffonium ea animantia ad eandem speciem referenda esse censuit, quae invicem coëant et foecundam prolem gignant.

Cum vero in domesticis animantibus quae homo sibi subegit ob coactum quod agunt vitae genus, anceps videatur et dubius iste character, ineunte jam quod agimus seculo, acutissimus Frisch eum unice ad fera animantia restrinxit, eaque eiusdem

esse speciei declaravit, quae secundum naturam suam *x)* invicem coeant.

Sed et hac limitatione parum nobis profecisse, fateri oportet.

Primo enim quam nulla fere spes est tot animalia fera, inprimis exotica, circa quae maxime nostra intererat nosse anne pro meris varietatibus anve pro diversis speciebus habenda sint,

x) „*wenn sich Thiere* von Natur „*mit einander gatten, so ist solches ein* „*unfehlbares Kennzeichen, daſs sie von* „*einerley* Specie *sind.*" —

Eumdem speciei characterem nuper recepit cl. Berthout van Berchem fil. "*si les* „*animaux se mêlent dans l'état de na*„*ture* &c." Verum nec Frischii nec ipsius Raii mentionem facit, imo vero asserit: "*Mr.* de Buffon, *qui le premier a* „*abandonné les distinctions peu sûres des* „*nomenclateurs, est aussi* le premier *qui* „*a fait sentir que la copulation étoit le* „*meilleur guide pour reconnoître les espè*„*ces.*" v. *Mém. de la Société des sciences physiques de Lausanne* T. II. pag. 49.

sint, unquam ad istam copulae trutinam revocandi? praesertim si longe diversa ipsis patria fuerit: satyrum v. c. Angolensem *(Schimpansé)* cum isto insulae Borneo *(Orang-utang)*.

Tum vero in universum longe minor neque tanti momenti dubitatio et obscuritas hocce de quo agimus respectu, est circa animantia fera, quam circa ipsissima ea quae hac ratione excluduntur, *domestica*.

Hic enim maxime haeret aqua. Hincque miri auctorum dissensus, circa canem v. c. familiarem cuius gentes ab aliis ad plures species primitivas referri videas; ab aliis pro meris varietatibus ab eo stemmate quod domestici nomen fert *(chien de berger)* degeneratis haberi; iterum ab aliis omnes has varietates a cane aureo *(Schakal)* derivari; ab aliis denique contendi et hunc ipsum junctim cum omnibus canis domesti-

ci varietatibus a lupo ortum duxisse et s. p.

Uti vero hoc a copula petitum principium non sufficit ad speciei notionem eiusque a varietate differentiam, definiendam, ita nec alia quae hoc scopo adhibita sunt, v. c. constantia characteris cuiusdam; nam color niveus et pupillae rubrae in cuniculorum *varietate* alba adeo constantissimae sunt ut unquam specificus character esse possit etc.

Adeo ut fere desperem posse aliunde quam *ex analogia* et verisimilitudine notionem speciei in zoologiae studio depromi.

Video v. c. molares dentes elephantis Africani ab iis Asiatici conformatione sua mirum quantum differre. Nescio quidem an unquam istarum dissitarum orbis partium elephantes invicem coituri sint; neque magis scio quam constans sit haec den-

dentium in utroque conformatio; cum vero hactenus in iis quae mihi videre contigit speciminibus eandem differentiam observaverim, cumque nullum mihi hucusque innotuerit exemplum dentium molarium *degenerando* solum ita immutatorum, ex analogia coniicio elephantes istos non pro meris varietatibus sed pro vere diversis speciebus esse habendos.

Mustela contra furo non pro peculiari specie sed pro mera varietate putorii mihi habenda videtur, non tam quod utramque invicem coire sciam, quam quod illa pupillas rubras habeat, mihique ex analogia omnia ea mammalia quae pigmento fusco oculi interni destituuntur, pro meris varietatibus a speciebus suis primitivis degeneratis habenda sint.

§. 24.

Applicatio dictorum ad quaestionem de humani generis aut varietatibus, aut speciebus constituendis.

Facile patet quorsum huc usque dicta tendant. Non altera ergo et nobis praeter analogiam patet via qua ad problematis supra (§. 22.) propositi solutionem pertingere licebit.

Hac vero via incedentes semper ante oculos habere oportet aureas binas regulas philosophandi magni Newtonis.

> Alteram nempe: «*Effectu-*
> »*um naturalium eiusdem ge-*
> »*neris easdem assignandas es-*
> »*se caussas.*»

Gentium ergo in genere humano diversitati corporeae easdem ut assigne-

§. 24.

Applicatio dictorum ad quaestionem de humani generis aut varietatibus, aut speciebus constituendis.

Facile patet quorsum huc usque dicta tendant. Non altera ergo et nobis praeter analogiam patet via qua ad problematis supra (§. 22.) propositi solutionem pertingere licebit.

Hac vero via incedentes semper ante oculos habere oportet aureas binas regulas philosophandi magni Newtonis.

Alteram nempe: «*Effectuum naturalium eiusdem generis easdem assignandas esse caussas.*»

Gentium ergo in genere humano diversitati corporeae easdem ut assigne-

signemus caussas necesse est quas simili diversitati corporeae aliorum animantium *domesticorum* late per orbem dispersorum assignamus.

Alteram vero: «*Caussas re-*
»*rum naturalium non plures*
»*admitti debere, quam quae*
»*earum phaenomenis expli-*
»*candis sufficiant.*»

Quodsi ergo apparebit *degenerationis* caussas phaenomenis circa diversitatem corpoream in genere humano explicandis sufficere, nulla alia a pluribus hominum *speciebus* petita admitti debet.

§. 25.

II) *Quomodo species primitiva* in varietates degenerat?

Jam ergo de modis degenerandi acturi optime perspicuitati tractatio-

nis cavere speramus si eam sub bina iterum capita redigimus:

quorum *primum* A) phaenomena principalia degenerationis b r u t o r u m   a n i m a l i u m nude enarrabit;

alterum B) in c a u s s a s huius degenerationis brutorum animalium inquiret;

quibus perspectis facilius erit sequenti Sectione phaenomena varietatis i n   g e n e r e   h u m a n o tam cum istis phaenomenis degenerationis brutorum animalium, quam cum caussis hisce, comparare.

§. 26.

A) *Phaenomena principalia degenerationis* b r u t o r u m   a n i m a l i u m.

Pauca eaque unice ex calidi sanguinis animantibus, et quidem, quantum

tum ſieri potest, praesertim mammalibus utpote homini omnium maxime quoad oeconomiam corpoream similibus, deprompta exempla ſufficiant ad demonstrandum, nullam plane esse in genere humano varietatem nativam, quam non et inter alia animantia domestica itidèm tanquam meram varietatem degenerando ortam observare liceat.

Verum et haec sigillatim in capita distribuere praestat.

§. 27.

1) *Color.*

Ita v. c. respectu *coloris* sues in Normannia, ad unam omnes albae; in Sabaudia nigrae; in Bavaria spadiceae etc. *y)*.

Pecus bubulum in Hungaria plerumque ex griseo albidum; in Franconia ruſum etc.

in

y) cf. coniunctissimi Voigt *Magazin* T. VI. P. I. pag. 10.

in Corsica ins. canes et equi eleganter maculati.

in Normannia gallopavones nigri; nostrates contra plerumque albi.

in Guineae oris uti homines indigenae ita et aves gallinacei praesertim generis *z)*, et canes nigri; et quod inprimis memorabile cani guineensi (quem Linnaeus nescio quo jure *aegyptium* vocat) aeque ac istius climatis hominibus et holosericea glabrae cutis mollities et maior et fere specifica perspiratio cutanea *a)*.

§. 28.

2) *Pilorum textura.*

Respectu *texturae* pilorum quanta quaeso varietas vel in sola ovium diversorum climatum lana, inde a tener-

z) v. Dan. Beeckman's *voyage to and from Borneo* Lond. 1718. 8. pag. 14.

a) cf. Pechlin *de habitu et colore Aethiopum* Kilon. 1677. 8. pag. 56.

in Corsica ins. canes et equi eleganter maculati.

in Normannia galloparones nigri; nostrates contra plerumque albi.

in Guineae oris uti homines indigenae ita et aves gallinacei praesertim generis z), et canes nigri: et quod inprimis memorabile cani Guineensi (quem Linnaeus nescio quo jure *aegyptium* vocat) aeque ac istius climatis hominibus et holosericea glabrae cutis mollities et maior et fere specifica perspiratio cutanea a).

§. 28.

2) *Pilorum textura.*

Respectu *texturae* pilorum quanta quaeso varietas vel in sola ovium diversorum climatum lana, inde a tener-

z) v. Dan. Beeckman's voyage to and from Borneo Lond. 1718. 8 pag. 14.
a) cf. Pechlin *de habitu et colore Aethiopum* Kilon. 1677. 8. pag. 55.

tenerrima Tibetana usque ad crassam et fere rigidam Aethiopicam.

aut in setis suillis, quae v. c. adeo molles suibus Normanniae ut nec scopulis parandis idoneae sint.

Et quanta hoc respectu differentia inter aprum et suem domesticam, praesertim quoad brevem lanuginem setis interspersam.

Et quam mirandus contra singularis cuiusdam orbis plagae in pilos non unius generis mammalium domesticorum effectus, ut Galatiae climatis in Ancyranas barbigeras pecudes, cuniculos, et feles, bombycina mollitie et memorabili longitudine tum et plerumque niveo candore pilorum aeque conspicuas.

§. 29.

3) *Statura.*

Respectu *staturae* differentia Patagonem inter et Lapponem longe minor

minor quam quae passim in aliis animantibus domesticis diversarum orbis plagarum observatur. Ita v. c. sues in Cubam insulam ex Europa translatae in duplo maiorem staturam excreverunt *b)*.

Ita boves in Paraguayam transpositae *c)* etc.

§. 30.

4) *Figura et proportio partium.*

Quoad *proportionem* partium quam insignis varietas equos inter Arabes aut Syriacos et Germaniae borealis; boves inter altipedes capitis bonae spei et brevipedes Angliae.

Suibus Normanniae crura posteriora longe altiora anterioribus etc.

Cornua bobus quarundam provinciarum Angliae, Islandiae cet. plane

b) v. Voigtii *Magazin* l. c.

c) cf. F. Saver. Clavigero *storia antica del Messico* T. IV. pag. 142.

minor quam quae passim in aliis animantibus domesticis diversarum orbis plagarum observatur. Ita v. c. sues in Cubam insulam ex Europa translatae in duplo maiorem staturam excreverunt *b)*.

Ita boves in Paraguayam transpositae *c)* etc.

§. 50.

4) *Figura et proportio partium.*

Quoad *proportionem partium* quam insignis varietas equos inter Arabes aut Syriacos et Germaniae borealis; boves inter altipedes capitis bonae spei et brevipedes Angliae.

Suibus Normanniae crura posteriora longe altiora anterioribus etc.

Cornua bobus quarundam provinciarum Angliae, Islandiae cet.

b) v. Voigtii *Magazin* l. c.
c) cf. F. Saver. Clavigero storia antica del Messico T. IV. pag. 142.

ne nulla sunt *d)*; Siculis contra vae-grandia; ut ingentia cornua Habessiniae boum, quale gener. Baron. Banks mihi monstravit, sicco praeteream pede, quod, si Bruceo fides, ad morbosam potius caussam referenda videantur.

Verum ovis polycerata jure hic nominanda venit.

et quoad ungularum varietatem, integrae stirpes suum tam solidungularum quam trisulcarum *e)*.

Respectu aliarum partium oves laticaudae; fringillae canariae cristatae (nostratibus vulgo *Kapp-Vögel*) et quae sunt id genus alia.

§. 51.

5) *Craniorum praesertim formae.*

Craniorum formae in generis humani varietatibus passim ab invicem

d) cf. etiam Hippocrates *de aëribus aquis et locis* S. 44.
e) Voigtii *Magazin* l. c.

cem differre observantur; verum omnis haec differentia ne hilum major imo vix aequiparanda ei quam inter aliorum animantium domesticorum diversas gentes observare licet. Aethiopis v. c. cranium non magis ab Europaeo abhorret quam suis domesticae ab apri capite osseo; aut equi Neapolitani caput quod a similitudine arietinum vocant ab eo equi Hungarici quod singulari brevitate et maxillae inferioris amplitudine conspicuum esse periti norunt.

In uro, stirpis bovinae domesticae auctore, ex observatione Camperi insignes spectantur foveae lacrymales; quae in nostratibus contra bobus degenerando plane obsoletae sunt.

Taceo prodigiosam plane cranii degenerationem in varietate gallinarum quas Patavinas vocant *f)*.

§. 52.

f) v. cl. Pallas *spicileg. zoologic.* fasc. IV. pag. 22. et cl. Sandifort *muscum anatomic. acad. Lugd. Batav.* T. I. pag. 306.

cem differre observantur: verum omnis haec differentia ne hilum major imo vix aequiparanda ei quam inter aliorum animantium domesticorum diversas gentes observare li[illegible] Aethiopis v. c. cranium non magis ab Europaeo abhorret quam suis domesticae ab apri capite osseo; aut equi Neapolitani caput quod a similitudine arietinum vocant ab eo equi Hungarici quod singulari brevitate et maxillae inferioris amplitudine conspicuum esse periti norunt.

In uro, stirpis bovinae domesticae auctore, ex observatione Camperi insignes spectantur foveae lacrymales; quae in nostratibus contra bobus degenerando plane obsoletae sunt.

Taceo prodigiosam plane cranii degenerationem in varietate gallinarum quas Patavinas vocant *f*).

§. 52.

f) v. cl. Pallas *spicileg. zoolog. fasc.* IV. pag. 22. et cl. Sandifort *museum anatomic. acad. Lugd. Batav.* T. I. pag. [illegible]

§. 52.

B) Caussae *degenerationis.*

Vita animalis duas facultates, a viribus vitalibus pendentes tanquam conditiones primas et principes omnium ac singularum ejus functionum supponit:

alteram scilicet, stimulorum in corpus agentium, vim ita suscipiendi, ut partes inde afficiantur;

alteram vero, ex hac affectione ita reagendi ut motus corporis vivi dehinc excitentur et perficiantur.

Nullus ergo motus in machina animali absque stimulo praegresso et absque actuoso exin reagente.

Hi cardines in quibus omnis physiologia oeconomiae animalis versatur.

Et hi quoque fontes ex quibus, uti ipsum generationis negotium, ita

et *caussae degenerationis* dimanant; quod vero quo clarius pateat etiam parum physiologice doctis, pauca ex ista disciplina praemitti debent.

§. 33.

Nisus formativus.

Alias jam ex professo et singulari de hocce argumento libello monstrare studui, vulgare istud evolutionis quod vocant systema, (quo quidem nullum animal nullamve plantam generari, sed omnia corporum organicorum individua prima statim creatione involutorum germinum specie praeformata jam successive evolvi tantum docent), nec ipsis phaenomenis naturae nec sobriae philosophandi rationi respondere: contra vero aptissime jungendo bina principia explicationis naturae corporum organicorum, physico-mechanicum scilicet cum *teleologico*, tum generationis

tionis phaenomena, tum sanum ratiocinium eo ducere ut potius ponamus:

> Genitale liquidum non nisi informem materiem esse organicorum corporum, a materie inorganici regni innata sed ex phaenomenis manifesta vi differentem, qua certis sub circumstantiis maturitatis, mixtionis, loci, etc. statutam ipsis et destinatam formam generationis negotio primo induat, nutritionis posthac functione perpetuo conservet, et si ea ſorte mutilata fuerit, quantum fieri potest ope reproductionis iterum restituat.

Hancce vim, ne cum aliis vis vitalis generibus aut cum vagis et indeterminatis veterum vocibus, vis plasticae etc. confundatur, n i s u s f o r m a t i v i nomine distinguere liceat: quo tamen nomine non tam caus-

sam quam effectum quendam perpetuum sibique semper similem, a posteriori ut dicunt ex ipsa phaenomenorum constantia et universitate abstractum insignire volui: eadem fere ratione qua attractionis aut gravitatis nomine ad denotandas quasdam vires utimur, quarum tamen *caussae* etiam cimmeriis quod aiunt tenebris sepultae latent.

Uti ergo aliae vires vitales, quando statutis suis sibique convenientibus stimulis excitantur, actuosae fiunt et ad reagendum promptae; ita et nisus formativus stimulis ipsi respondentibus excitatur, caloris v. c. fotu in ovo incubato etc.

Cum vero aliae vires vitales, ut contractilitas, irritabilitas etc. non nisi motu se exserant, ea contra, de qua hic agimus incremento et determinatam formam materiei impertiendo sese manifestat; qua quidem fit, ut

sam quam effectum quendam perpetuum sibique semper similem, a posteriori ut dicunt ex ipsa phaenomenorum constantia et universitate abstractum insignire volui: eadem fere ratione qua attractionis aut gravitatis nomine ad denotandas quasdam vires utimur, quarum tamen causae etiam cimmeriis quod aiunt tenebris sepultae latent.

Uti ergo aliae vires vitales, quando statutis suis sibique convenientibus stimulis excitantur, actuosae fiunt et ad reagendum promptae; ita et nisus formativus stimulis ipsi respondentibus excitatur, caloris v. c. fotu in ovo incubato etc.

Cum vero aliae vires vitales, ut contractilitas, irritabilitas etc. non nisi motu se exserant, ea contra, de qua hic agimus incremento et determinatam formam materiei impertiendo sese manifestat; qua quidem fi... ut

ut quaevis planta, quodvis animal, sui speciem (sitve hoc immediate, sitve gradatim successivo aliorum stimulorum adventu et vicissitudine, per metamorphosin) in foetus suos propaget.

Triplex autem maxime modus est quo nisus formativus a statuta sibi directione et norma deflectere potest. Monstrosa scilicet fabrica; tum hybrida generatione ex diversarum specierum genitalis liquidi miscela; denique degeneratione in varietates, proprie sic dictas.

Monstrosa fabrica, qua, sitve nisus formativi turbatione et quasi errore, sitve etiam casu fortuito et adventitio, ut pressione externa etc. vitiosa plane et deformis structura contra naturam corporibus organicis inducitur, in praesenti nihil ad nos attinet.

Neque magis hybrida ex commixtione geniturae diversarum *spe-*

cierum nata huius loci sunt, cum ex sapientissima naturae lege, (qua nempe formarum specificarum infinitae confusioni praecavetur), eiusmodi hybrida, in animali praesertim regno, vix unquam nisi hominis coactu oriantur; tumque tantum non semper sterilia sint, ita ut novam sui ex anomala venere ortam formam heteroclitam ultro propagare nequeant. Interim tamen et hanc circa quam versamur disquisitionem, illustrare potest historia hybridorum ex diversis *speciebus* natorum; partim ob analogiam cum iis hybridis quae ex diversis *varietatibus* oriuntur, de quibus infra sermo erit; partim quod vel instar omnium argumento sint ad refutandam istam de germinum praeformatorum evolutione theoriam, et ad manifeste contra declarandam nisus formativi vim et efficaciam, quae neminem fugiet rite considerantem notissima illa et maxime memorabilia experimenta, quibus, in rarioribus hybri-

hybridorum *prolificorum* exemplis, per plures generationes saepius iterata eorum foecundatione ope virilis ejusdem speciei seminis, adeo sensim a primaeva materna forma deflexit nova ea pronepotum hybridorum facies, ut potius magis magisque in paternam alterius speciei formam abiret, et sic denique ista in hanc (— arbitraria quasi metamorphosi —) tota quanta transmutata videretur *g*).

Uti vero geniturae specifice diversae miscela etiamsi non omnem nisus formativi excitationem praevertat et quasi suffocet, tamen singularem et anomalam directionem ipsi impertit, ita et perennis et aeviterna per longas generationum series continua-

g) Kölreuter *dritte Fortsetzung der Nachricht von einigen das Geschlecht der Pflanzen betreffenden Versuchen* &c. p. 51. §. 24. cum epigraphe: "*Gänzlich vollbrachte „Verwandlung einer natürlichen Pflanzengattung in die andere.*"

tinuata peculiarium quorundam stimulorum in corpora organica actio, itidem multum valet ad nisum formativum sensim a sueto tramite deflectendum; qui quidem deflexus uberrimus *degenerationis* fons, et varietatum proprie sic dictarum, mater est.

Jam ergo agamus et principes istorum stimulorum sigillatim recenseamus.

§. 34.

Clima.

Infinitam fere esse climatis, ut in omnia corpora organica, ita maxime in calidi sanguinis animantia potentiam, facile patebit cuivis perpendenti primo, quam intimo quamque perpetuo nexu haec animalia dum vivunt aëris atmosphaerici in quo degunt actioni obnoxia sint; porro quam multifariis elementis ut vocant, tum

tinuata peculiarium quorundam stimulorum in corpora organica actio, itidem multum valet ad nisum formativum sensim a sueto tramite deflectendum; qui quidem deflexus uberrimus *degenerationis* fons, et varietatum proprie sic dictarum, mater est.

Jam ergo agamus et principes istorum stimulorum sigillatim recenseamus.

§. 54.

Clima.

Infinitam fere esse climatis, ut in omnia corpora organica, ita maxime in calidi sanguinis animantia potentiam, facile patebit cuivis perpendenti primo, quam intimo quamque perpetuo nexu haec animalia dum vivunt aëris atmosphaerici in quo degunt actioni obnoxia sint; porro quam multifariis elementis ut vocant, tum

tum constitutivis gasiformibus, tum accessoriis luminis, caloris, electricae materiei etc. aër iste (quem ipsum quondam pro elemento simplici habuerunt) mirum in modum compositus sit; denique vero quam multimodis pro portione istorum elementorum variet, quamque diversa pro hujus varietatis ratione actio atmosphaerae in ea quae diximus animantia esse debeat: maxime ubi tot aliorum ratio habita fuerit, quorum accessu climata tantopere variant, ut situs regionum respectu zonarum globi, elevationis soli, montium, maris vicinitatis aut lacuum et fluviorum, ventorum endemiorum, et quae sunt id genus innumera alia.

Quem ergo animalia quae diximus inde a partu inspirando hauriunt aër, tantopere climatum varietate modificatus, in pulmonibus eorum tanquam in laboratorio vivo decomponitur; pars istius haustus cum san-

F 5 guine

guine arterioso per universum corpus distribuitur, pro portione vero hujus partis alia contra elementa hinc liberantur et partim ad integumenta corporis peripherica deponuntur, partim venosi sanguinis fluento ad viscera respiratoria revehuntur:

hinc sanguinis ipsius variae modificationes, harumque in secretiones humorum, praesertim oleosorum, adipis, bilis etc. memorabilis influxus:

hinc denique horum omnium, tanquam totidem *stimulorum* in solidum vivum actio, indeque pendens tum hujus solidi actuosi reactio, tum, quod proxime ad nostram disputationem attinet, *nisus formativi* directio et determinatio.

Ingens hic et perpetuus climatis in oeconomiam animalem et corporis habitum et conformationem potestas etsi nullo non aevo ab attentis obser-

observatoribus agnita fuerit, maxime tamen nostris temporibus tum ingenti quod chemia cepit incremento, tum subtiliore physiologiae studio maxime illustrata est et confirmata.

Nihilominus tamen difficile saepe et arduum in disquisitione varietatum definire quid unice climati, quid potius aliis degenerationis caussis, quid denique istius cum his concursui tribuendum.

Interim tamen liceat unum alterumve degenerationis exemplum proferre quod apertius ex climatis influxu derivandum videtur.

Color v. c. albidus multorum sub septentrionibus animalium, quae in temperatis zonis aliter colorata sunt. Exempla praebent vulpes, lepores, jumenta, falcones, corvi, monedulae, merulae, fringilla caelebs etc.

Frigori tribuendum esse hunc candorem analogia docet ejusmodi ani-

animalium quae eadem sub caeli plaga hyberno tempore aestivum colorem in albidum aut griseum mutant; ut mustelae herminei et vulgares, lepores, sciuri, rangiferi, tetrao lagopus, emberiza nivalis, alia *h)*.

Ita et sericea mollitie conspicuum et utplurimum niveum vellus animalium quae diximus Ancyrae (§. 28.) climati potius tribuo quam victus generi, quod diversissimis alimentis vescentibus, carnivoris v. c. ut feli, aeque ac herbivoris ruminantibus ut caprae, commune sit.

Similisque ratio esse videtur carbonaceae nigredinis quam sub quibusdam torridae zonae plagis, ut in Guineae oris, diversi ordinis animantia, tam mammalia quam aves, aethiopum colore inducere vidimus. (§. 27.)

Et

h) cf. post alios Linnaeum in *flora Lapponica* pag. 55. 352. ed. cl. Smith.

Et maxime memorabile, hancce aethiopicam nigredinem aeque ac istum Syriae animalium candorem; etiamsi in remotas diversi longe climatis regiones translata fuerint, constanter tamen per longas generationum series servari.

Neque minor climatis in *staturam* corporum organicorum vis et potentia; cum frigus incremento eorum obstet, quod contra calore manifeste augetur et promovetur. Ita v. c. equi Scotici, aut frigidae Northwales pusilli; in Scania equi et pecora ut homines indigeni statura procera et lacertosa, in Smalandia sensim minora, in boreali Ostrogothia demum pro portione minima.

§. 35.

Victus.

Verisimillimum quidem est, quod maxime cl. G. Fordyce sagacitas evicit,

cit, prima elementa ut vocantur omnis generis alimentorum sintve ex animali regno desumta sive e vegetabili, eadem esse; hincque a multifariis calidi sanguinis animantibus tam carnivoris quam herbivoris, ex diversissimis nutrimentorum ordinibus, dummodo haec a digestionis organis rite subacta fuerint, similem chylum, similemque in universum sanguinem parari. At enim vero utut haec a veritatis specie proxime absunt, neutiquam tamen inficiandum, adventitias diversorum alimentorum qualitates innumeras, in immutandis animalium naturis et proprietatibus magnum habere momentum.

Paucis hoc probasse exemplis ſufficiat.

Specificam v. c. singularium quorundam alimentorum in *colorem* animalium esse potentiam, aviculae docent canorae, praesertim ex alauda-

rum et fringillarum generibus, quas, si cannabis semine unice pascuntur, sensim nigrescere, constat.

Texturam pilorum mutato victus genere mirum quantum mutari, ovis africana exemplo est in Angliam translata, cujus lana natura sua vilis et camelini pili ad instar recta, post annuum anglici graminis pastum nobilissimam nacta est teneritudinem *i)*.

Quanta vero in *statura* et *proportione* immutanda victus sit potentia, aperte liquet ex animalium domesticorum comparatione. Equi v. c. qui in terris uliginosis (quas vernacula *Maschländer* vocant) pingui utuntur alimento, ut Frisici etc., maxime grandescunt, cum contra in saxosis et lapidosis terris, quales sunt Oelandicae, aut in aridis ericetis, pumiles maneant. Ita boves in

i) cf. Jam. Bates *on the literal doctrine of original Sin.* Lond. 1766. 8. pag. 224.

in solo pingui mire quoque pingues et ventriosae fiunt sed cruribus pro portione brevioribus; sicciore vero gramine pastae, quale v. c. capense est, minus adipis secernunt, cruribus vero validis et carnosis insignes sunt; ut multifarias diversitates *saporis* carnium, aut *ponderis* etc. taceam, itidem a victus varietate pendentes.

§. 36.

Vitae genus.

De vitae genere tanquam caussa degenerandi locuturus, omnia ea momenta illuc refero quae praeter clima et victum ita oeconomiam naturalem animalium spectant, ut diu et continuo in eandem agentia corporis habitum aliquo demum modo immutare valeant; quo quidem maxime *cultura* et *vis consuetudinis* faciunt, quorum vis et potestas itidem omnium maxime in animantibus

bus nostris domesticis manifeste conspicua est.

Cogitemus v. c. ingentem differentiam quae conformationem et proportionem partium equi generosi in schola ficti et sylvestris, quem ferum vocant, intercedit. Hic cum aliis dimicans mordet magis quam calcitrat; ille contra frenatus et soleis ferreis armatus his potius hostem petit et mordere dediscit quasi. Pleraque a homine subjugata mammalium genera cauda pendula et auriculis demissis, mitem et servitio abjectum animum demonstrant. In multis ipsissimae functiones corporeae, secretionis, generationis etc. mirum quantum mutantur. Sui v. c. domesticae ingens panniculi adiposi moles succrescit qua aper caret, cujus contra teneriores et quasi lanuginosi pili, setis interjecti, in ista domestica varietate sensim evanescunt. Domestica haec animantia longe ma-

gis quam ferae eorum aborigines monstrosis partubus obnoxia; et novorum morborum cohortibus, quid quod et plane novis vermium generibus quorum in fera et primigenia eorum varietate ne vestigium quidem reperitur: cujus asserti, etsi paradoxi minime tamen infitiandi, veritatem hydatidis intercutis (vernacula vocant *Finnen*, ital. *Lazaroli*) exemplo demonstrare licet *k)*. Refero huc etiam staturam pumilam ex praematura et intempestiva venere, et quae sunt id genus alia.

§. 37.
Generatio hybrida.

Hactenus enarrati triplicis generis fontes degenerationis non nisi longa et

k) v. Malpighii *opera posthuma* pag. 84. ed. Londinens. 1697. fol. — it. J. A. E. Goeze *Entdeckung: daſs die Finnen im Schweinefleisch keine Drüsenkrankheit, sondern wahre Blasenwürmer sind.* Hal. 1784. 8.

gis quam ferae eorum aborigines monstrosis partubus obnoxia; et novorum morborum cohortibus, quid quod et plane novis vermium generibus quorum in fera et primigenia eorum varietate ne vestigium quidem reperitur: cujus asserti, etsi paradoxi minime tamen infitiandi, veritatem hydatidis intercutis (vernacule vocant *Finnen*, ital. *Lazaroli*) exemplo demonstrare licet *k*). Refero huc etiam staturam pumilam ex praematura et intempestiva venere, et quae sunt id genus alia.

§. 57.

Generatio hybrida.

Hactenus enarrati triplicis generis fontes degenerationis non nisi len- [illegible]

k) v. Malpighii *opera posthuma* pag. 84. ed. Londinens. 1697. fol. — it. J. A. E. Goeze *Entdeckung: daſs die Finnen im Schweinefleisch keine Drüsenkrankheiten, sondern wahre Blasenwürmer sind.* Hal. 1784. 8.

et diuturna, perque plurimas generationum series continuata, actione primigenium animalium characterem et habitum sensim paulatimque immutare et varietates producere valent.

Aliter vero se res habet et proximae jam progeniei novus impertitur character, quando diversae hujusmodi varietates, e caussis istis tandem ortae, invicem copula junguntur, quae hybridae proli ortum praebet, neutri parentum in totum simili, sed utriusque formae participi, et mediam quasi inter utramque prae se ferenti.

Vulgo quidem hybrida vocantur ex parentibus diversae plane *speciei* oriunda, ut muli ab equa ex asino prognati, aut aviculae ex fringillae canariae copula cum cannabina ortae etc. De his vero hic loci nobis sermo non est, utpote quibus in humani generis varietatibus nullus da-

 tur

tur locus. Non desunt quidem historiae nefandae hominum cum brutis copulae, quando aut viri cum bestiarum femellis rem habuerunt (sive effrenata libidine rapti *l)*, sive ex vesana continentiae opinione *m)*, sive

l) cfr. v. c. Th. Warton ad *Theocriti Idyll.* I. 88. pag. 19. "*Audivi ex docto quodam* „*amico, qui per Siciliam insulam iter fa-* „*ciens, ibidem cum vetera monumenta,* „*tum populi mores accuratius investigave-* „*rat, inter confessionis articulos a Siculis* „*caprariis apud montes vitam solitariam* „*degentibus, etiamnum per sacerdotes pro-* „*prios rite solere exigi, au rem cum hircis* „*suis habuerint?*"

m) v. Mart. à Baumgarten Equ. Germ. *peregrinatio in Aegyptum, Arabiam* &c. pag. 73. "*Ex Alchanica Aegypti egressi, veni-* „*mus ad casale quoddam Belbes dictum,* „*ubi carabenae eunti Damascum sumus* „*conjuncti. Ibi vidimus sanctum unum* „*Saracenicum, inter arenarum cumulos,* „*ita ut ex utero matris prodiit, nudum* „*sedentem. — Audivimus sanctum il-* „*lum, quem eo loco vidimus, publicitus ap-* „*prime commendari: eum esse hominem* „*sanctum, divinum ac integritate praeci-* „*puum,*

sive quod medicum usum ex ejusmodi facinore sperarent *n)*) aut feminas a brutorum masculis subactas esse relatum est (sive violento stupro id acciderit *o)*, sive sollicitantibus ex libidine insanientibus feminis *p)*, sive

„puum, eo quod nec foeminarum unquam „esset nec puerorum, sed tantummodo asel„larum concubitor atque mularum."

n) hoc fine v. c. Persas ischiade laborantes onagras inire cl. Pallas auctor est, in *neuen nordischen Beyträgen* P. II. pag. 38.

o) v. c. Papionum; confer Th. Phillips iter Guineense in Churchill's *collection of voyages* T. VI. pag. 211. "*Here are a vast „number of over-grown large baboons, „some as big as a large mastiff dog, „which go in droves of 50 and 100 to„gether, and are very dangerous to be met „with, especially by women; who I have „been credibly assured they have often „seiz'd upon, ravish'd, and in that kind „abus'd one after another, till they have „kill'd them.*"

p) Ita feminas Kamtschadalicas quondam cum canibus coivisse, Steller refert, in *Beschreibung von Kamtschatka* pag. 289.

ve prostituentibus sese ex religiosa superstitione *q)*) nullum tamen unquam a teste fide digno relatum comperimus exemplum, ubi fecunda evaserit ejusmodi copula, hybridumque ex hominis cum bestia immani coitu prognatum fuerit.

Verum de iis unice agimus hybridis, quae ex copula diversarum *varietatum* unius ejusdemque speciei animalium ortum habent, quando v. c. fringilla canaria viridis varietati albidae jungitur etc. qualis quidem coitio insignem in immutanda novae prolis exin oriundae colore aut conformatione exerit effectum; adeo ut et in animalium domesticorum fetura utilissime adhibeatur ad emendandam et nobilitandam prolem, equariam praesertim et ovillam.

§. 58.

q) ut Mendesiae feminae cum hirco sacro: de quo singulari ritu videsis uberrime disserentem cl. D'Hancarville in *Recherches sur l'origine des arts de la Grèce*, T. I. pag. 320.

§. 58.

Hereditariae proprietates animalium ex morbosa intemperie.

Morbosa ex hereditate dispositio primo quidem intuitu ad pathologiam potius quam ad historiam animalium naturalem pertinere videtur. Curatius vero rem perpendenti facile patebit non una ratione utique etiam ad has quas agimus caussas degenerationis referri posse.

Primo enim quaedam animalium qualitates externae etsi ex vulgi notione minime ad vere morbosam constitutionem referri soleant, proxime tamen ab ea abesse videntur, utpote quae plerumque cum valetudinaria praeter naturam affectione conjunctae sint. Refero huc ex. gr. peculiarem quorundam animalium albedinem, quam quidem sapiens Verulamius pridem imbecillitatis colorem *r)* appel-

r) "*the colour of defect.*"

appellavit. Non raro certe vitiosam constitutionem et defectum oeconomiae corporeae pro caussa agnoscere, boves Hungarici docent, quibus non nisi castratione niveum vellus nascitur; ab altera vero parte etiam morbosa symptomata eiusmodi singularem candorem sequi, canum et felium Ancyranorum exemplis constat, utpote quas tantum non semper auditu difficili laborare, vulgata observatio est.

Tum vero et genuini nonnulli morbi, quando natura animalium per longas generationum series iis quasi adsueta est, sensim sensimque leniores et minus incommodi ipsis evadere videntur, ita ut denique vix amplius pro morboso pathemate haberi soleant. Exemplum praebet ea vitiosae albedinis species, quae, cum defectu pigmenti nigri quod oculum internum calidi sanguinis animantium investit, conjuncta, leucaethiopiae nomine

mine nota est. Haec, quando sporadice unum alterumve foetum corripit (semper enim congenita affectio est) aperte cachexiae genium exhibet, quae passim ad leprosam fere constitutionem accedit; in aliis vero hereditario quasi jure per multas generationes inveterata in alteram naturam abiit, ita ut v. c. in cuniculorum alba varietate ne vestigium quidem pristinae morbosae affectionis restet, (quam tamen analogia cum aliis animalibus per anomaliam niveis cum pupulis oculorum rubris manifeste demonstrat): furo pro peculiari *specie* generis mustelini habitus fuerit a zoologis, quem tamen, nisi omnia me fallunt, non nisi pro mera varietate putorii, et quidem morbosae ex leucaethiopia originis, habendum esse, supra jam monui (§. 23.).

§. 39.

Quaestio problematica: anne et mutilationes aliave artificia nativis animalium varietatibus ansam praebere possint?

Disputatum est, anne et deformationes aut mutilationes, sive casu sive studio animantibus illatae, maxime sicubi per longas generationum series repetitae fuerint, demum temporis progressu in alteram quasi naturam abire possint, ita ut quod antea arte effectum fuerit nunc in connatam conformationem degeneraverit. Assertum ab aliis *s)*, ab aliis contra reprobatum *t)*.

Qui asserunt, ad exempla provocant catulorum diversi generis animan-

s) Jam ab Hippocrate et Aristotele. Nuperrime adhuc a cl. Klügel T. I. *Encyclopaediae* pag. 541 edit 2dae.

t) v. c. a cl. Kant in *Berliner Monatsschrift* 1785. T. VI. pag. 400.

mantium, canum v. c., felium etc. quae cauda aut auriculis muticis nata esse, postquam parentibus eorum eaedem partes truncatae fuerant, idonei testes extant: item puerorum qui inter gentes circumcisas passim natura sua *apellae* nascuntur *u)*: aut cicatricum parentibus ex vulnere ortarum, quarum notas infantibus postea connatas fuisse constat. Quid quod et Buffonius ex simili fonte peculiares quosdam animalium nonnullorum characteres derivabat, ut callos in pectore et cruribus camelorum, aut frontem nudam furfuraceam corvi frugilegi.

Qui haec admittere recusant, hancce Buffonii opinionem tanquam principii, quam vocant, petitionem non inepte rejicient; reliqua autem quae diximus exempla casui potius fortuito tribuenda censebunt.

Neu-

u) cl. Voigt *Magazin* T. VI. P. I. pag. 32. sq. et P. IV. pag. 40 sq.

Neutram quidem harum sententiarum, neque affirmantem, neque negantem, hactenus meam facio; lubens vero negantibus calculum meum adjiciam, quando rationem reddiderint, cur ejusmodi singularia conformationis, primitus sive studio sive fortuito efficta, in posteros nullatenus propagari possint, cum tamen aliae notae gentilitiae ab aliis caussis hucusque ignotis, in vultu praesertim oriundae, ut nasus, aut labia, aut supercilia etc. passim in familiis per plures paucioresve generationes, majori minorive constantia propagentur, aeque ac morbi *organici w)*, ut loquelae et pronunciationis vitia et quae sunt id genus alia; nisi forte et haec omnia casu tantum contingere malint.

§. 40.

w) Memorabile exemplum perhibet cl. Hacquet in Voigtii quod modo citavimus promtuario T. VI. P. IV. pag. 54 sqq.

Neutram quidem harum sententiarum, neque affirmantem, neque negantem, hactenus meam facio; lubens vero negantibus calculum meum adjiciam, quando rationem reddiderint, cur ejusmodi singularis conformationis, primitus sive studio sive fortuito efficta, in posteros nullatenus propagari possint, cum tamen aliae notae gentilitiae ab aliis caussis hucusque ignotis, in vultu praesertim oriundae, ut nasus, aut labia, aut supercilia etc. passim in familiis per plures paucioresve generationes, majori minorive constantia propagentur, aeque ac morbi organici w), ut loquelae et pronunciationis vitia et quae sunt id genus alia; nisi forte et haec omnia casu tantum contingere malint.

§. 40.

w) Memorabile exemplum perhibet cl. Harquet in Voigtii quod modo citamus promtuario T. VI. P. IV. pag. 34 sqq.

§. 40.

Cautelae quaedam in scrutinio caussarum degenerationis observandae.

Multae ex hactenus enarratis caussis degenerandi tam luculenter patent adeoque extra omnem dubitationis aleam positae sunt, ut plurima degenerationis phaenomena supra enumerata facili negotio et indubitate ad easdem, tanquam effectus ad caussas suas, referri possint.

Ab altera vero parte tanta etiam subinde contingit plurium ex istis caussis sive conspiratio sive contraria adversitas; tum et tam diversa et multifaria organicorum corporum ad degenerandum sive pronitas sive renisus; porro et varius istarum caussarum in haecce corpora effectus prout vel immediate (ut ita dicam) vel mediate magis agunt; denique et ea horum effectuum differen-

rentia qua sive tenaci quasi constantia per longas generationum series intemerati servantur, sive mutabili magis genio brevi temporis spatio iterum se subducunt; ut pro multimoda hacce et varia relatione, in scrutinio varietatum summa quoque cautione opus sit.

Liceat ergo, vel tironum in gratiam, ad calcem hujus tractationis, antequam ad ipsas hominum varietates transimus, aliquot saltem cautelas principes, in ea quam agimus disquisitione probe ponderandas, tanquam corollaria subjungere:

1. *Quo plures caussae degenerandi junctim concurrunt, et quo diutius in eandem animalium speciem agunt, eo luculentius haec a primigenia conformatione deflectere poterit.*

Nul-

rentia qua sive tenaci [illegible] tia per longas generationum series intemerati servantur, sive [illegible] magis genio brevi tempo[illegible] iterum se subducunt: [illegible] moda hacce et varia [illegible] scrutinio varietatum summa [illegible] cautione opus sit.

Liceat ergo, vel tironum [illegible] tiam, ad calcem hujus tract[illegible], antequam ad ipsas hominum [illegible] tes transimus, aliquot saltem [illegible] las principes, in ea quam [illegible] quisitione probe ponderan[illegible], tan- quam corollaria subjungere:

1. *Quo plures caussae d[illegible] randi junctim concurrant, [illegible] diutius in eandem anima[illegible] ciem agunt, eo luculentius [illegible] primigenia conformatione d[illegible] re poterit.*

Nullum itaque animal hoc respectu homini comparandum, utpote omnivoro et sub quovis coelo degenti, et omnium animantium longe maxime et a primis sui generis initiis domestico; in quem ergo juncta vis climatis, et victus, et vitae generis diutissime agere debuit.

2. *Contra vero quoque caussa degenerandi alias satis efficax mutari imo et infirmari potest accessu aliarum conditionum, praesertim si isti tanquam contrariae adversantur.*

Hinc v. c. passim in variis orbis terraquei plagis etiam si sub eodem latitudinis geographicae gradu positae sint, diversissima tamen aëris temperies et aeque diversus ejus et subinde fere contrarius in animantium habitum effectus observatur, prout sive elatiore sive humiliore situ, aut maris, aut paludum, aut mon-

montium, aut silvarum vicinia, aut coeli vel nebulosi vel sereni differentia, aut soli peculiari ratione, aliisque id genus circumstantiis variant.

3. *Quandoque insigne degenerationis phaenomenon non tam ad immediatum quam ad* mediatum, *remotiorem, primo intuitu latentem caussae cujusdam influxum referri debet.*

Hinc v. c. color obscurior populorum non unice ex solis in cutem directa actione, verum etiam ex remotiore, ut in hepatis functionem insigni eius potentia, derivandus est.

4. *Mutationes ex* mediato *ejusmodi caussarum influxu ortae, tanto altius subinde radices agere, tantoque tenacius etiam in sequentes generationes propagari videntur.*

Hinc

montium, aut silvarum vicinia, aut coeli vel nebulosi vel sereni differentia, aut soli peculiari ratione, aliaque id genus circumstantiis variant.

3. *Quandoque insigne degenerationis phaenomenon non tam ad immediatum quam ad* mediatum, *remotiorem, primo intuitu latentem caussae cujusdam influxum referri debet.*

Hinc v. c. color obscurior populorum non unice ex solis in cutem directa actione, verum etiam ex remotiore, ut in hepatis functionem insigni eius potentia, derivandus est.

4. *Mutationes ex* mediato *ejusmodi caussarum influxu ortae, tanto altius subinde radices a[illegible], tantoque tenacius etiam in sequentes generationes propagari . . . tur.*

Hinc

Hinc e. gr. ni fallor ratio petenda, cur fuscus cutis color sub torrida zona contractus (§. 55.) alio quoque sub coelo magis perennet quam albidus borealium color quodsi versus austrum translata fuerint.

5. *Denique et* mediati *istiusmodi caussarum influxus tam remoti latere possunt, ut nondum vel conjectura eosdem assequi, et hactenus aenigmatica phaenomena degenerationis ad istos, tanquam ad fontes suos, referre licuerit.*

Ita v. c. procul dubio ad mediatas ejusmodi et magnam partem adhuc nos latentes caussas referre oportet gentilitias et constantes craniorum formas, colores gentilitios oculorum etc.

Sectio

Sectio III.

DE
CAUSSIS MODISQUE
QUIBUS
HUMANUM GENUS DEGENERAVIT, IN SPECIE.

§. 41.

Ordo tractationis.

Jam ergo agamus et ea quae hactenus de modis caussisque quibus animalia in universum degenerant, exposuimus, ad generis humani varietatem nativam applicemus, ita ut modos degenerandi sigillatim enarremus, et cuivis quicquid de caussis innotuit ad quas referri possit, subjunga-

Sectio III.

de

caussis modisque

quibus

humanum genus degeneravit, in specie.

---

§. 41.

Ordo tractationis.

Jam ergo agamus et ea quae hactenus de modis caussisque quibus animalia in universum degenerant, exposuimus, ad generis humani varietatem nativam applicemus, ita ut modos degenerandi sigillatim enarremus, et cuivis quicquid de caussis innotuit ad quas referri possit, sub-

junga-

jungamus: auspicaturi a cutis colore, quod etsi non ſallere nescius, tamen prae reliquis valde constans sit et hereditarius character *x)*, et qui in hybrida progenie, ex copula diversi coloris varietatum orta, (§. 37.) luculentissime utriusque parentis tinctura mixtus appareat, cujus porro magna cum capillorum et iridis oculorum colore consensio, et ad temperamentum hominum relatio sit; quique in universum vel indoctorum oculos omnium maxime feriat.

§. 42.

sedes coloris cutanei.

Tela mucosa, quam vulgo cellulosam vocant, de cujus summa in oeconomia corporis humani dignitate supra locuti sumus (§. 17.), uti to-

tius

x) v. cl. Kant in *Berliner Monatsschrift* 1785. T. VI. pag. 391. et in *Teutschen Merkur* 1788. P. I. pag. 48.

tius machinae fundamentum quasi praebet, utpote ceteris partibus similaribus tantum non omnibus ad ossium usque medullam intertexta, ita in extima corporis superficie in candidum et tenax integumentum commune, *corium* nempe, coacta est; quo reliquum corpus ambitur et includitur, et quod praeter alia, maxime ingenti apparatu tum nervorum cutaneorum, tum venarum lymphaticarum, denique vero et arctissimis subtilissimisque reticulis vasorum sanguiferorum scatet.

Illi, nervi scilicet, corio sensum impertiunt, ut tactus organon, et universi corporis quasi vigil sit.

Istae, venae nempe lymphaticae, idem corium resorbtionis et inhalationis instrumentum faciunt.

Haec vero, vascula inquam sanguifera, proxime ad hanc quam agimus disputationem attinent, utpote qui-

tius machinae fundamentum quasi praebet, utpote ceteris partibus similaribus tantum non omnibus ad ossium usque medullam intertexta, ita in extima corporis superficie in candidum et tenax integumentum commune, *corium* nempe, coacta est, quo reliquum corpus ambitur et includitur, et quod praeter alia, maxime ingenti apparatu tum nervorum cutaneorum, tum venarum lymphaticarum, denique vero et arctissimis subtilissimisque reticulis vasorum sanguiferorum scatet.

Illi, nervi scilicet, corio sensum impertiunt, ut tactus organon, et universi corporis quasi vigil sit.

Istae, venae nempe lymphaticae, idem corium resorbtionis et inhalationis instrumentum faciunt.

Haec vero, vascula inquam sanguifera, proxime ad hanc quam agimus disputationem attinent, utpote qui-

quibus integumenta corporis communia, aeque ac pulmones et intestinalis tubus magnum machinae humanae purgatorium et laboratorium chemicum constituunt, cujus summae quoque, ut mox patebit, ad colorem cutaneum constituendum, partes sunt.

Oblitum est corium tenerrimo muco, quem ex erronea inventoris descriptione *reticulum Malpighii* vocant, et qui glutinosum quasi vinculum praebet, quo extimum denique integumentorum stratum, *epidermis* nempe s. cuticula, corporis superficiem obducens et supercontegens, semipellucida, et in homine nato proxime aëri atmosphaerico exposita, corio adhaeret.

Reticulum aeque ac epidermis structura simplicissima nervis vasisque plane destituta, longissime a corii natura differunt, invicem vero

 non

non uno modo conveniunt, ita ut cognatas esse has partes similares, imo extimam cuticulam a substrato reticulo quodammodo ortum ducere, verisimillimum videatur.

Utrumque quoque hocce affine stratum *sedem coloris* integumentorum ita constituit, ut in candidis hominibus, nullo pigmento infectum, corii nativam albedinem subrubellam pellucere sinat; in fuscis vero aut alio colore infectis princeps pigmentum cutaneum reticulo Malpighiano inhaereat, epidermis vero etsi pallidior, manifeste tamen de ejus tinctura participet; et quo fuscius reticulum sit eo crassius quoque et propius ad membranulae sui generis speciem accedens, quo pellucidius contra eo tenerius et non nisi difflui muci habitum prae se ferens.

§. 45.

non uno modo conveniunt, ut cognatas esse has partes similares, imo extimam cuticulam a substrato reticulo quodammodo ortum ducere, verisimillimum videatur.

Utrumque quoque hocce affine stratum sedem coloris integumentorum ita constituit, ut in candidis hominibus, nullo pigmento infectum, corii nativam albedinem subrubellam pellucere sinat; in fuscis vero aut alio colore infectis princeps pigmentum cutaneum reticulo Malpighiano inhaereat, epidermis vero etsi pallidior, manifeste tamen de ejus tinctura participet; et quo fuscius reticulum sit eo crassius quoque et propius ad membranulae sui generis speciem accedens, quo pellucidius contra eo tenerius et non nisi difficili muci habitum prae se ferens.

§. 4

§. 45.

varietates coloris gentilitiae.

Etsi inter niveum candorem Europeae puellae et summam aethiopissae Senegambicae nigredinem innumeris modis *y)* ludere videatur cutaneus hominum color: neque ullus horum modorum sive omnibus ejusdem gentis hominibus communis, sive

y) Quod in universo historiae naturalis studio ingentes difficultates parit, indefinitus scil. et arbitrarius sensus, quo plurimi auctores colorum nominibus utuntur; id certe in eà quam hic tractamus disquisitione anthropologica inprimis molestum accidit. Ne ergo ejusdem vitii arguar, monere oportet, me quidem minime omnia quae cuivis quinorum quos distinxi colorum principalium subjunxi nomina, pro genuinis synonymis habere, anglicas v. c. voces *yellow* et *olive-tinge* &c.: verum hoc unice me voluisse, has voces a diversis auctoribus, iisque classicis in denotando unius ejusdemque gentis colore gentilitio adhibitas fuisse.

ve ulli genti adeo proprius sit, quin et in aliis, magnopere ceteroquin ab ea diversis, quandoque occurrat; in universum tamen omnes gentilitiae coloris varietates aptissime ad 5 sequentes classes principes referendae videntur.

1^{mum} scil. locum teneat albus color, qualis v. c. est plerorumque Europae populorum. Huic varietati genarum rubor fere proprius; in reliquis saltem rarius observabilis.

2. gilvus s. buxeus, (angl. *yellow*, *olive-tinge*,) medius quasi inter tritici granorum, et malorum cydoniorum coctorum, aut corticis exsucci et aridi malorum citriorum colorem; Mongolicis gentibus familiaris.

3. cuprinus (angl. *copper-colour* gall. *bronzé*,) s. obscure aurantius

et

et quasi ferrugineus, cinnamomi aut coriario contuso cortici non absimilis; Americanis fere proprius.

4. badius (angl. *tawny*, gall. *basané*) s. medius inter ligni recentis mahagoni et caryophyllorum aromatoricorum vel castaneorum colorem; Malaico stemmati et australis archipelagi hominibus communis.

5. denique fuscus, s. fuligineus, (angl. *tawny-black*) ad piceam usque nigredinem (angl. *jet-black*) in Aethiopicis quibusdam gentibus spectandam: quae vero fuliginosa nigredo neutiquam Aethiopibus propria est verum et in aliis maxime diversis et ab invicem remotissimis varietatibus generis humani, principali cutis colori admixta reperitur; ut in Brasilianis, Californiis *z)*, Indis, et au-stra-

z) De Brasilianis cf. v. c. G. Forster ad Wilson's

stralis oceani insulanis, ubi v. c. Novo-Caledonii hoc respectu insensilem transitum a badio colore Otaheitarum per castaneum insulae Tongatabu incolarum ad fuscum Novo-Hollandorum faciunt.

§. 44.

Cauſsae hujus varietatis.

Sedes coloris cutanei hodie extra dubitationis aleam posita est. Varietatum coloris divisio et in classes distributio, etsi arbitraria, satis plana tamen et perspicua videtur. At enim vero *cauſsas* hujus varietatis eruere, hoc opus, hic labor. Et maxime quidem in aethiopum colore explicando desudarunt auctores, utpote qui prae reliquis coloribus gentilitiis vel antiquissimis temporibus ocu-

son's *Nachrichten von den Pelew-Inseln* pag. 36.

de Californiis Begert, *Nachrichten von Californien* pag. 89.

oculos Europaeorum ferire et ingenia ad inquirendum excitare debuit. Neque mirum eo fine multifarias hypotheses excogitatas esse, quas vero ut satis notas *a)* et jam ab aliis junctim

a) Climati v. c. plurimum tribuunt Buffon, *histoire naturelle* Tom. III. pag. 526. cl. Zimmermann, *geograph. Geschichte des Menschen* &c. T. I. pag. 77. Abb. Nauton in *Journal de Physique* T. XVIII. m. Sept. 1781.

bili ex professo Petr. Barrere, *diss. sur la cause physique de la couleur des negres.* Perpign. 1741. 12.

sanguini praeter tot alios praesertim Th. Towns in *philosophical Transactions* T. X. pag. 398. qui contra de solis ad inficiendam cutem Aethiopum efficacia dubitabat.

globulosae sanguinis ad cutem appellentis parti, auctor quaestionis medicae Parisinae non una vice defensae. v. c. a des Moles 1742. a Muniero 1775.

ferri in sanguine aethiopum abundantiae, transpiratione acidi phosphorei in reticulo mucoso praecipitatae, cl. Kant in cl. Engel *Philosoph für die Welt* P. II. pag. 151.

tacco

tim expositas *b)*, intactas relinquo, eam unice sententiam expositurus, quae nisi me omnia fallunt, proxime a naturae veritate abesse videtur.

Caussam equidem proximam adusti aut fusci coloris externorum cutis

taceo, nescio quam mixturam succi nervei et liquidi cujusdam secreti in papillis nervosis et arteriosis integumentorum, quam sibi ad aethiopum nigredinem explicandam fingebat magnus per insomnia physiologus le Cat in *Traité de la couleur de la peau humaine*. Amst. 1765. 8.

aut in Nubiae aboriginibus fibras elongatas, sanguinem rubrum dissolutum, serum evaporatum, et particulas fixas salinas, oleosas et adiposas sanguinis in cute restantes, quibus omnibus nigredinem aethiopum explicare studet cl Attumonelli, *elementi di fisiologia medica*. Neap. 1787. T. I. pag 140.

b) Ita v. c. veterum opiniones congessit B. S. Albinus *de sede et caussa coloris aethiopum* &c. Lugd. Batav. 1737. 4.

Recentiorum v. Haller, *element. physiolog.* T. V. pag 20.

farraginem auctorum citat cl. Kruniz in *Hamburgischen Magazin* T. XIX. pag. 379.

tis integumentorum, in abundante *carbonaceo* corporis humani elemento quaerendam censeo, quod cum hydrogenio per corium excernitur, oxygenii vero atmosphaerici accessu praecipitatum, Malpighiano muco infigitur.

Hinc gentilitium cutis colorem etiam ipsis aethiopibus non connasci, sed post nativitatem et postquam commercium quod foetus cum matre hactenus aluerat sublatum est, *aëris externi accessu* acquiri, notissimum est.

Porro vero etiam tum secernendo tum figendo carbonaceo elemento, *actione vasculorum sanguiferorum corii* (§. 42.) opus esse videtur.

Hac enim aut turbata aut cessante niveus contra naturam et vitiosus passim cuti inducitur candor fuscis aeque hominibus ac aethiopibus.

Con-

Contra vero in candida cute quodsi ea vasorum corii actio excitata fuerit, ephelides et badii coloris maculae oriuntur, quid quod et fere aethiopicam nigredinem eam induisse, compertum est.

In universum autem carbonaceum istud elementum maxime in atrabilariis praevalere videtur; manifestus enim officinae *bilis cum integumentis* communibus, (et qui ad eadem pertinent, pilis,) *consensus*. utraque quippe organa, hepar nempe et cutis, ad maxime principalia et invicem consentientia sanguineae massae purgatoria referenda.

Tum autem ingens *climatum in hepatis actionem potentia*, utpote quae intra tropicos coeli ardore mirum quantum excitatur et augetur. Hinc morbi biliosi intra tropicos multifarii et endemii. Hinc porro temperamentum plerorumque indigenarum

Contra vero in candida cute quodsi ea vasorum coni actio excitata fuerit, ephelides et badii coloris maculae oriuntur, quid quod et fere aethiopicam nigredinem eam induisse, compertum est.

In universum autem carbonaceum istud elementum maxime in atrabilariis praevalere videtur; manifestus enim officinae *bilis cum integumentis* communibus, (et qui ad eadem pertinent, pilis,) consensus. utraque quippe organa, hepar nempe et cutis, ad maxime principalia et invicem *consentientia* sanguineae massae purgatoria referenda.

Tum autem ingens *climatum in hepatis actionem potentia*, utpote quae intra tropicos coeli ardore nimium quantum excitatur et augetur. Hinc morbi biliosi intra tropicos multifarii et endemii. Hinc porro temperamentum plerorumque indigena-

rum

rum intra tropicos populorum cholericum et in iram proclive. Hinc quoque, quod pridem a medicis observatum est *c)*, Europaeis in Indiis degentibus, et maxime infantibus eorum ibidem terrarum natis, constitutio et habitus biliosus.

Nullum autem aliud clima, tum vehementia et diuturnitate ardoris, tum singularibus plane atmosphaerae qualitatibus chemicis huc facientibus, ventis v. c. specificis, pluviis etc. isti fervido et urenti coelo comparandum, quod udis et paludosis *Africae* tam orientalis quam occidentalis regionibus *sub torrida zona* incumbit.

Aethiopes vero indigenae diutissime jam et *per longas generationum series* climatis istius actioni obnoxii fuere, utpote qui procul dubio

inter

c) v. De Haen *praelectiones in Boerhaavii institut. pathologicas* T. II. pag. 155.

inter antiquissimas orbis gentes referendi *d)*. Hinc non mirum eosdem quoque eandem dispositionem postquam in proavis a remotissimis inde aboriginibus tam altas et aeviternas egerat radices, etiam alieno sub coelo in proximas generationes intemeratam propagare. Ab altera autem parte ex eadem habitus aethiopum tenacitate et constantia illud ipsum eo luculentius patere videtur, scilicet non nisi per longas generationum series eundem contrahi potuisse, adeoque contra naturam miraculis annumeranda si vera essent quae passim relata legimus, colonorum Lusitanorum, sec. 15to in Guineam migratorum, hodiernos nepotes tam brevi jam paucorum seculorum intervallo

d) adeant, quorum interest, opera trium virorum doctissimorum: Jac. Bryant *new System of ancient mythology*, T. I.
Jac. Bruce *Reisen zur Entdeckung der Quellen des Nils*. T. I.
et Guil. Jones dissertationes in *Asiatick Researches* T. II. et III.

vallo climatis tantum potentia *e)* habitum istum aethiopicum contraxisse!

§. 45.

Caussarum coloris cutanei ulterior illustratio.

Quae modo summatim et succincte de caussis coloris cutanei exposuimus, curatiore indagine argumentis multifariis sed ad amussim sibi invicem respondentibus et ex ipsa

e) Nigros quidem ad Gambiam reperiri homines a proavis Lusitanis ortos, omnes novimus. Verum horum nigredinem maxime e patrum cum aethiopissis indigenis connubio derivandam esse, vel eo jam argumento verisimillimum fit, quod *feminas* Europaeas *immediate* ex patria sua in Guineam translatas, non nisi rarissime illic durare posse, constet, utpote ex climatis potentia tunc menstruis nimiis obnoxias, quae tantum non semper brevi temporis spatio in lethales uteri haemorrhagias abire assolent.

sa naturae humanae observatione depromptis, egregie confirmantur.

Carbonaceam equidem materiem tum ad radicalia corporis animalis elementa pertinere, tum vero et obscurioris coloris sitve flavus, sitve fuscus et nigricans caussam esse, Gallofrancorum chemia antiphlogistica docuit *f)*.

Porro vero ne redundantia istius materiei oeconomiae animali molesta et periculosa evadat variis emunctoriis cautum est, in quibus hepar et cutis non ultimum tenent locum.

Bilis vero officinae cum integumentis communibus consensionem declarat, praeter phaenomena jamjam memorata, pathologia quoque, uti toties ita et hic physiologiam informans. Quanquam enim non nimis urgere vellem icteri cum tinctura

f) v. cl. Girtanner *Anfangsgründe der antiphlogistischen Chemie* pag. 202.

sa naturae humanae observatione depromptis, egregie confirmantur.

Carbonaceam equidem materiem tum ad radicalia corporis animalis elementa pertinere, tum vero et obscurioris coloris sive flavus, sive fuscus et nigricans caussam esse, Gallofrancorum chemia antiphlogistica docuit *f)*.

Porro vero ne redundantia istius materiei oeconomiae animali molesta et periculosa evadat variis emunctoriis cautum est, in quibus hepar et cutis *non ultimum tenent locum*.

Bilis vero officinae cum integumentis communibus consensionem declarat, praeter phaenomena jam jam memorata, pathologia quoque, uti toties ita et hic physiologiam informans. Quanquam enim non nimis urgere vellem icteri cum tinctu-ra

f) v. cl. Girtanner *Anfangsgründe der antiphlogistischen Chemie* pag. 222.

ra gentilitia cutis analogiam, varia tamen intercedunt phaenomena peculiaria et quae attentionem merentur, regio morbo laborantibus et gentibus coloratis (ut ita dicam,) communia, quo v. c. albugineam oculi flavedine infectam refero, fuscis nationibus et nominatim quidem Indis *g)*, Americanis *h)* et Aethiopibus *i)* familiarem.

Tum et quod non raro ictericis, pro morbi ipsius varietate, diverso gradu tincta cutis, coloratarum gentium

tium

g) In Cisgangetanis toties ipse observavi.
De Transgangetanis monet De la Loubere in *Descript. du Royaume de Siam* T. I. pag. 81.
De Nicobaris Nic. Fontana in *Asiatick Researches* T. III. pag. 151.

h) de Caribacis v. Rochefort *histoire naturelle des Antilles* pag. 383.

i) cl. Soemmerring *über die körperliche Verschiedenheit des Negers vom Europäer.* pag. 11.

tium cuti simillima, etiam sublato morbo perennis perstet *k)*.

Verum et genuinam fuligineam nigredinem passim in morbis atrabilariis critica quasi metastasi in cutem depositam fuisse, exempla extant *l)*.

Ex bilis vero cum adipe affinitate *m)* liquet porro hujus ceracea quasi

k) videsis v. c. cl. Strack *observationes de febribus intermittentibus* L. III. c. 2. *de ictero ex febre intermittente.*

"*vidi*" (inquit pag. 194.) "*ex tali ictero, cutim olivei coloris, qualis Asiae populo est, imposterum mansisse.*"

„*alius niger, fere ut Indus, ex febre factus est.*"

„*alius universam corporis cutim nigram, quasi natus ex patre Indo, et Europaea matre esset, retinuit: manuum etiam volas et pedum plantas similiter albas habuit.*" &c.

l) cfr. v. c. Lorry *de melancholia* Tom. I. pag. 273.

m) v. cl. Fourcroy *philosophie chimique* pag. 111.

si tinctura in ſuscis gentibus obſervata *n)*.

Hinc et ni fallor caussa repetenda cur gentes qui oleo animali copiose vescuntur uti eum adipem olent ita et ſuscum cutis colorem sibi contrahunt *o)*; cum contra O-taheitenses elegantiores qui pallido colore esse student, quotannis per aliquot menses unice artocarpi fructu vivant, cui quippe victui magnam in dealbanda cute vim tribuunt *p)*, quan-

n) in aethiopibus notata a J. Fr. Meckel in *Histoire de l'academie des sciences de Berlin* a. 1753. pag. 92. et a cl. Soemmerring l. c. pag. 43.

o) Groenlandorum v. c. ſuscam cutem maxime victui eorum oleoso tribuit Cranz in *Historie von Grönland* T. I. pag. 178.

Ab esu copioso ferculorum ex testudine myda paratorum cutem Europaeorum in Indiis occidentalibus flavescere Sloane auctor est. v. Ej. *voyage to Jamaica* T. I. introd. pag. 18. et T. II. pag. 331.

p) v. chirurgi Anderson relatio in Cook's *voyage to the northern hemisphere* T. II. pag. 147.

quanquam et pars hujus effectus eo referri debeat, quod simul per id tempus domi manentes, et vestimentis onusti, publico abstineant.

Quantum enim ejusmodi abstinentia a coelo aperto et libero ad nitorem cuti conciliandum valeat, annua et apud nostrates experientia docet, cum verno tempore feminae elegantiores et delicatulae candidissimam prae se ferant cutis albedinem, hyemali domestica vita contractam; quae vero in iis quae ejusmodi cultus minus studiosae postea aëri solique aestivo temere se exponunt, ante proximi autumni adventum vernalem istam gratiam perdit et sensim obſuscatur *q)*.

Quod-

q) Ex nube testium qui eundem notissimum vitae generis effectum et in aliis terrae plagis observarunt, unicum citare liceat Poiret, de Mauris agentem, in *voyage en Barbarie* T. I. pag. 31. "*Les Maures ne „sont point naturellement noirs, malgré „le*

quanquam et pars hujus effectus eo referri debeat, quod simul per id tempus domi manentes, et vestimentis onusti, publico abstineant.

Quantum enim ejusmodi abstinentia a coelo aperto et libero ad nitorem cuti conciliandum valeat, annua et apud nostrates experientia docet, cum verno tempore feminae elegantiores et delicatulae candidissimam prae se ferant cutis albedinem, hyemali domestica vita contractam; quae vero in iis quae ejusmodi cultus minus studiosae postea aëri solique aestivo temere se exponunt, ante proximi autumni adventum vernalem istam gratiam perdit et sensim obfuscatur *q)*.

Quod-

q) Ex nube testium qui eundem [illegible] vitae generis effectum et in aliis terrae plagis observarunt, unicum citare [illegible] Poiret, de Mauris agentem, in [illegible] Barbarie T. I. pag. 31. „Les Maures ne „sont point naturellement noirs, malgré [illegible]

Quodsi vero jam uno eodemque sub coelo diversa saltem anni tempora cutis tincturam mutare valent, quid mirum climatibus, eo quem supra definivimus sensu (§. 34.) ab invicem diversis, maximam et perennem in colorem gentilitium potentiam esse; passim vel intra paucorum latitudinis geographicae graduum limites *r)*, imo vero quando multifa-

„le proverbe, et comme le pensent plusi„eurs ecrivains; mais ils naissent blancs, „et restent blancs toute leur vie, quand „leurs travaux ne les exposent pas aux „ardeurs du soleil. Dans les villes les „femmes ont une blancheur si éclatante, „qu'elles eclipseroient la plupart de nos eu„ropéennes; mais les Mauresques monta„gnardes, sans cesse brulées par le soleil et „presque toujours à moitié nues, devien„nent, même dès l'enfance, d'une couleur „brune qui approche beaucoup de celle de „la suie."

r) Pauca ex multis attulisse exempla sufficiat: Biscayas feminas nitide candidas esse novimus, Granadenses contra subfuscas, ita ut et in hac provincia australiore san-

tifarius caussarum supra dictarum concursus s) accesserit, etiam sub eadem

ctae Mariae imagines eodem gentilitio colore pingi observatum sit ab Ol. Toree *Reise nach Surate* &c. pag. 9.

De Malabaris expressis verbis memoriae proditum est nigrum eorum colorem eo propius ad badium et flavum accedere quo magis versus septentrionem degunt; in *Tranquebarischen Missions-Berichten* continuat. XXII. pag. 896.

Qui boreale Senegae litus inhabitant aethiopes fusci sunt, qui australe, nigri. v. post alios Barbot in Churchill's *collection of voyages* T. V. pag. 34.

s) ita v. c. a ë r i s m a r i n i in colorem cutis effectum notat cl. Marsden, *history of Sumatra* pag. 43. it. Wallis in Hawkesworth's *collection of voyages* T. I. pag. 260.

s i l v a r u m, Hartsink, *Beschryving van Guiana* T. I. pag. 9.

m o n t i u m, Bouguer, *figure de la terre*, introduct. pag. 101.

e l e-

dem latitudine *t)*, luculenta incolarum coloris varietate observabilem.

§. 46.

Creoli.

Praeclare etiam eadem de qua agimus climatis ad colorem conciliandum potentia, elucet in *Creolis*, quo quidem nomine (passim ab auctoribus, iisque classicis *u)*, male cum Mulatorum vocabulis confuso)

elevationis territorii, de Pinto in Robertson's *history of America* T. II. p. 403.

t) v. de hoc argumento, occasione problematis quare non etiam in Americae zona aequatori subjecta aethiopes gignantur, studiose et docte disputantem cl. Zimmermann, *geograph. Geschichte des Menschen* T. I. pag. 86.

u) v. c. a Th. Hyde in notis ad Abr. Peritsol *itinera mundi*, in Ugolini *thesauro antiquitatum sacrarum* T. VII. pag. 141.

fuso) angustiore sensu *w)* eos intelligimus homines in Indiis quidem, sive occidentalibus *x)* sive orientalibus, sed *a parentibus Europaeis* natos. His equidem tam constans et fallere nescius, austrum quasi spirans vultus et color, maxime quoque comae et ardentium quasi oculorum est, ut et nitidissimae ceteroquin

w) Primam quidem originem ducit ea vox a servis aethiopibus, seculo XVI ad operas in Americam translatis, qui quidem infantes suae gentis illic natos omnium primi *Criollos* et *criollas* appellarunt; quod quidem nomen postmodum Hispani ab ipsis mutuarunt, et propriae proli in novo orbe natae imposuerunt. v. Garcilasso *del origen de los Incas* p. m. 255.

Hodie vero in India occidentali idem vocabulum ad ipsa quoque animalia domestica extenditur quae non Americae indigena, ab Europaeis istuc transplantata sunt. v. Oldendorpii *Geschichte der Mission auf den Caraib. Inseln* T. I. p. 232.

x) de his, Creolis scil. antillicis, curiose et egregie agentem videsis cl. Girtanner *über die französische Revolution* T. I. pag. 60-72 ed. secundae.

quin et pulcherrimae feminae facile eo charactere peculiari ab aliis etiamsi consanguineae earum fuerint sed in Europa natae, distinguantur *y)*. Imo nec de Europaeis tantummodo valet, sed et de Asiatis qui in India orientali a parentibus Persis aut Mongolis istuc migratis, gignuntur *z)*.

§. 47.

Mulati etc.

Memorabilis porro est constantia qua proles ex parentibus diversi coloris

y) cf. Hawkesworth's *collection of voyages* T. III. p. m. 374. "*If two natives of „England marry in their own country „and afterwards remove to our settle-„ments in the West-Indies, the Children „that are conceived and born* there *„will have the complexion and cast of „countenance that distinguish the Creole; „if they return, the children conceived and „born* afterwards, *will have „no such characteristiks.*" &c.

z) v. cl. Hodges's *Travels in India* pag. 3.

loris nata, mediam et ex utroque parentali quasi mixtam corporis tincturam prae se fert. Quanquam enim passim relata legamus singularia exempla infantum hybridorum ex ejusmodi diversarum *varietatum* copula (§. 37.) natorum, qui unice alterutrius parentis colorem habuerint *a)*; in universum tamen adeo stabilis est hereditarius iste tenor mixtus, ut suspecta videatur narratio Jac. Bruce de aethiopibus quorundam pagorum regni Tigre qui nigrum colorem intemeratum servent, etiamsi alteruter parens eorum aliter coloratus fuerit; et de Arabibus qui cum Aethiopissis infantes albos, unice patri similes, gignant *b)*.

Cum

a) cfr. v. c. Jac. Parsons in *philoſophical Tranſactions* T. LV. pag. 47.

b) *Reiſen nach den Quellen des Nils* T. III. pag. 106. et T. IV. pag. 470. cfr. animadversiones cl. Tychsen ad h. l. T. V. pag. 357.

loris nata, mediam et ex utroque parentali quasi mixtam corporis tincturam prae se fert. Quanquam enim passim relata legamus singularia exempla infantum hybridorum ex ejusmodi diversarum *varietatum* copula (§. 57.) natorum, qui unice alterutrius parentis colorem habuerint *a)*; in universum tamen adeo stabilis est hereditarius iste tenor mixtus, ut suspecta videatur narratio Jac. Bruce de aethiopibus quorundam pagorum regni Tigre qui nigrum colorem intemeratum servent, etiamsi alteruter parens eorum aliter coloratus fuerit; et de Arabibus qui cum Aethiopissis infantes albos, unice patri similes, gignant *b)*.

Cum

a) cfr. v. c. Jac. Parsons in *philosophical Transactions* T. LV. pag. 47.

b) *Reisen nach den Quellen des N.* T. III. pag. 106. et T. IV. pag. 472. cfr. animadversiones cl. Tychsen ad h. l. T. V. pag. 357.

Cum vero hybridi istiusmodi partus e diversi coloris parentibus, peculiaribus nominibus insigniantur, operae pretium erit ea hic in ordinem redacta synoptice exhibere.

A) pri-

A) primae generationis.

Ex Europaeis cum Aethiopibus nascuntur *Mulati c)*.

Ex Europaeis cum Indis nati vocantur *Mestissi d)*.

Ex Europaeis cum Americanis geniti itidem *Mestissi e)* audiunt s. *Mestin-*

c) v. litem forensem, circa habitum et characteres Mulatorum versantem, in cl. Klein *Annalen der Gesetzgebung in den Preussischen Staaten* T. VII. pag. 116.

d) v. iconem Mestissae Cingalensis in de Bruin *Reizen over Moskovie* &c. p. m. 358.

Ternatanae vero (ast minus insignem), in Valentyni *oud en nieuw Oost-Indien* T. I. P. 2. pag. 18.

e) Garcilasso l. c. "*por dezir que somos me-* „*zelados de ambas Nasciones.*"

Mestindi f) item *Metiſi g)* et *Mamelucki h)*.

Ex Aethiopibus cum Americanis *Zambi i)*, quos vero alii itidem *Mulatos* vocant *k)* alii *Lobos l)*, alii *Curibocas* et *Kabuglos m)*.

Hi omnes medium ex utroque parente mixtum prae se ferunt vultum et colorem, huncque plus minus subfuscum aut luteum, vix ullo genarum rubore conspicuo; capilli Mulatis plerumque crispi, reliquis prolixi, omnibus tantum non semper nigri; oculorum irides autem fuscae.

B) s e-

f) Twiſs's ***Travels through Portugal and Spain*** pag. 332. ex tabulis Malagae a se visis.

g) Labat, ***voyage aux Isles de l'Amerique*** T. II. pag. 132.

h) de Hauterive in ***Histoire de l'acad. des ſc. de Paris*** a. 1724. pag. 18.

i) Gily, ***storia Americana*** T. IV. p. 320.

k) Garcilasso l. c.

l) Twiſs l. c.

m) Marcgrav, ***tractatus Brasiliae*** pag. 12.

B) secundae generationis.

Mulati inter se coëuntes *Casquos n)* generant.

Europaei cum Mulatis *Tercerones o)*, quos vero alii *Quarterones* vocant *p)*, alii *Moriscos q)*, imo et *Mestissos r)*. His vultus et coma ut Europaeis, cutis levissime ex subfuſco tincta, sed genae rubescentes. Feminis labia oris et pudendi, violacea, masculis scrotum nigricans.

Aethio-

n) de Hauterive l. c.
o) (Ed. Long) *History of Jamaica* T. II. pag. 260.
p) Aublet, *histoire des plantes de la Guiane* T. II. append. pag. 122.
q) Twiſs.
r) v. Moreton's *manners and customs in the West-India-Islands* pag. 123.

Aethiopes cum Mulatis *Griffos s)*, alias quoque *Zambos de Mulata t)* vocatos, item *Cabros u)*.

Europaei cum Mestissis Indis, *Castissos w)*.

Ex Europaeis et Mestissis Americanis vero nati vocantur *Quarterones x)*, s. *Quatralvi y)*, ab Hispanis quoque *Castissi z)*.

Ex

ſ) de Hauterive l. c.

t) *History of Jamaica* l. c.

u) Bomare, *Dictionnaire d'histoire naturelle* ed. 4. T. IX. art. *Nègre*.

w) *Tranquebarische Missions-Berichte* Contin. XXXIII. pag. 919.

x) Gumilla, *Orinoco illustrado* T. I. pag. 83.

y) Garcilasso l. c. "*por dezir que tienen „quarta parte de Yndio y tres de Es„pañol.*"

z) Twiſs.

Ex Americanis autem et iisdem Mestissis nascuntur quos *Tresalvos* vocant *a)*.

Ex Americanis et Mulatis nati itidem passim *Mestissi* appellantur *b)*.

Ex Europaeis et Zambis s. Lobis prioris generationis nati passim iterum *Mulati* dicuntur *c)*.

Ex Americanis et iisdem Zambis s. Lobis *Zambaigi d)*.

Ipsorum vero Zamborum s. Loborum prolem Hispani contemptim *Cholos e)* vocabant.

C)

a) Garcilasso, "*por dezir que tienen tres* „*partes de Yndio y una de Español.*"
b) *History of Jamaica.*
c) Fermin *sur l'oecon. animale* T. I. pag. 179.
d) Garcilasso. "C h o l o *es vocablo de las* „*Islas de Barlovento, quiere decir Perro,* „*no de los castiços, sino de los mui bel-* „*lacos goçones: y los Españoles usan dèl* „*por infamia y vituperio.*"
e) Twiſs.

C) tertiae generationis.

Ex Europaeis et Terceronibus genitos quidam *Quaterones* vocant *f)* alii *Ochavones g)* sive *Octavones*, Hispani quoque *Alvinos h)*. Jam in his nullum amplius aethiopicae originis restare vestigium asserunt acutissimi observatores *i)*.

Ex Mulatis et Terceronibus natos, *Saltatras* vocant *k)*.

Ex Europaeis et Castissis Indis, *Postissos l)*.

Ex

f) *Hiſtory of Jamaica.* — Quateronis hujusmodi e Tercerone secundae generationis natam prolem vocari *Tente-enel-ayre.*
g) Gumilla l. c. pag. 86.
h) Twiſs.
i) v. c. Aublet.
k) *Hiſtory of Jamaica.*
l) *Tranquebariſche Miſſions-Berichte* l. c.

Ex Europaeis et Quarteronibus Americanis secundae generationis, *Octavones m).*

Ex Quarteronibus et Mestissis Americanis primae generationis *Coyotas n).*

Ex Griffis s. Zambis de Mulata cum Zambis primae generationis *Giveros o).*

Ex Zambaigis et Mulatis *Cambujos p).*

Sunt quidem qui in quartam usque generationem hybridorum genealogiam extendunt et ex Europaeis

m) Gumilla l. c. pag. 83.
n) Twiſs.
o) *History of Jamaica.*
p) Twiſs.

is et Quarteronibus tertiae generationis natos *Quinterones q)*, Hispanice Puchuelas *r)* dici referunt quod autem nomen itidem natis ex Europaeis et Octavonibus Americanis tribuitur *s)*; verum in his partubus vel minimum constans vestigium superesse mixtae originis *t)* post ea quae a testibus avtoptis fide dignissimis de tertiae generationis hominibus quod quoad colorem et habitum abavis Europaeis perfecte simillimi sint, relata accepimus, vix ac ne vix quidem credibile videtur.

q) *History of Jamaica.*
r) Gumilla. pag. 86.
s) Id. pag. 83.
t) Ita et ex Coyotis tertiae generationis et Americanis natos, *Harnizos* vocari; ex Cambujis et Mulatis genitos, *Albarassados;* denique ex his et Mulatis ortos, *Barzinos* appellari, idem quem modo saepius citavi, Twiſs, refert.

§. 48.

Cutis fusca maculis candidis variegata.

Iis quae supra (§. 44.) de actione vasculorum sanguiferorum corii ad excernendam materiem carbonaceam, oxygenii accessu postmodum praecipitandam diximus, singulare pondus accedit exemplis fusci coloris hominum, praesertim Aethiopum, quibus cutis, et quidem tantum non semper inde a prima tenella infantia, *u)*, nivei coloris maculis distinguitur. (gall. *Nègres - pies;* angl. *piebald-Negroes*).

Vidi ejusmodi Aethiopem Londini, cui nomen Joannis Richardson, servum T. Clarkii qui animalia exotica

u) Exemplum pueri Aethiopis in quo maculae quarto demum aetatis anno apparuerant, temporisque progressu ambitu increverant, refert W. Byrd in *philosophical Transactions* T. XIX. pag. 781.

tica viva ibi (in aedibus *Exeter-change* dictis) ſpectanda et vendenda exhibet. Adoleſcens erat perfecte ater excepta abdominis regione umbilicali et epigaſtrica, ut et media utriusque cruris parte quae genua cum vicinis femoris et tibiae regionibus occupat, utpote quae candidiſſima et fere nivea albedine inſignes erant, ipſae tamen iterum ſparſim maculis nigris, pantherae quaſi ad ſimilitudinem, diſtinctae. Capillus ipſi itidem bicolor. Media nempe ejus ſincipitalis pars a vertice verſus frontem in acutum angulum deſcendens alba, non tamen ut cutis quas diximus regiones, nivea ſed pauxillum potius ſubflaveſcens. Ceterum ut reliqui crines, ceu in Aethiopibus vulgo ſolent, criſpi: quam quidem criſpitudinem ſpecimen utriusque coloris pilorum quod ab ipſo redemi, hodieque poſt biennium adhuc intemeratam ſervat. Picturam quoque hominis retuli, qua collata cum aliis

 ternis,

ternis, similium Aethiopum quas ad manus habeo, pueri et binarum puellarum, memorabile videtur in omnibus abdominis et crurum regiones aliis majores aliis minores albas fuisse, pedes vero manusque, partes scil. quae cum inguine in neonatis Aethiopibus omnium primae nigrescunt, perfecte fuscas, in universum autem regionum candidarum dispositionem satis symmetricam. Gingivis, ut hoc quoque addam, in eo quem vidi, aeque ac linguae et universis faucibus, aequabilis et pulcher rubor.

Uterque parens tum hujus de quo ago, tum reliquorum quotquot ab aliis descriptos invenio Aethiopum maculosorum *w)*, perfecte niger fuerat,

w) v. iconem puellae ejusmodi apud Buffon, *Supplementi* T. IV. tab. 2. pag. 565.

Ni fallor eadem est quam prolixe describit Gumilla, *Orinoco illustrado* T. I. pag. 109.

Alia

ternis, similium Aethiopum quas ad manus habeo, pueri et binarum puellarum, memorabile videtur in omnibus abdominis et crurum regiones aliis majores aliis minores albas fuisse, pedes vero manusque, partes scil. quae cum inguine in neonatis Aethiopibus omnium primae nigrescunt, perfecte fuscas, in universum autem regionum candidarum dispositionem satis symmetricam. Gingivis, ut hoc quoque addam, in eo quem vidi, aeque ac linguae et universis faucibus, aequabilis et pulcher rubor.

Uterque parens tum hujus de quo ago, tum reliquorum quotquot ab aliis descriptos invenio Aethiopum maculosorum w), perfecte niger fuerat,

w) v. iconem puellae ejusmodi apud Buffon, *Supplément* T. IV. tab. 2. pag. 565.
Ni fallor eadem est quam prolixe describit Gumilla, *Orinoco illustrado* T. I. pag. 109.
Alia

rat, adeo ut male fundata sit Buffonii conjectura qui hos partus connubio tribuit Aethiopum cum leucaethiopissis, morbosa cutis et oculorum affectione laborantibus, de qua infra ex profeſſo agendi locus dabitur.

In universum etiam probe cavendum ne male confundantur maculae de quibus hic nobis sermo est, intemerata ceteroquin epidermide non nisi niveo candore a reliqua cute distinguendae cum aliis quibus passim integumenta corripiuntur, quae autem non tantum diverso colore verum et ipsa textura corii depravata, aspera, quasi squamosa aut furfuracea dignoscuntur: qualem quidem cutaneum morbum praesertim apud Mala-

Alia hujusmodi Aethiopum exempla exhibent v. c. La Mothe in *Bibliotheque impartiale* m. Apr. 1752.
D. Morgan in *Transactions of the philosophical Society at Philadelphia* T. II. pag. 392.

Malabaros *x)* et Tataros Tschulymicos *y)* observarunt auctores.

Niveae vero istae et aequabiles mollesque maculae quae non nisi actionem alienatam vasculorum minimorum corii sequuntur, neutiquam inter Aethiopes tantum verum etiam passim inter nostrates occurrunt; mihique ipsi bina istiusmodi exempla in Germanicis hominibus observandi occasio fuit, alterum viri juvenis, alterum senis sexaginta et quod excurrit annorum. Utrique cutis subfusca

x) *Tranquebarische Missions-Berichte* Contin. XXI. pag. 741. leprae affine malum esse.

y) v. Strahlenberg, *Nord-Ostlich Europa und Asien* pag. 166. qui proprium hujusmodi gregem Tataricum quondam fuisse autumabat cui nomen *Piegaja* s. *Pestraja Orda*.

Morbo tribuit J. G. Gmelin, *Reise durch Sibirien* praefat. T. II.

Et quidem scorbuticae affectioni J. Bell, *Travels from St. Petersburg to diverse parts of Asia* T. I. pag. 218.

ca hinc illinc maculis diversae magnitudinis candidissimis distincta: quae vero neutri connatae, sed isti infantili aetate, huic contra virili sensim et sua sponte subortae fuerant.

§. 49.

Similes coloris cutanei mutationes singulares.

Uti haec quae modo enarravimus exempla actionis vasorum minimorum corii ad colorem cuti conciliandum potentiam demonstrare videntur; ita et alia passim occurrunt phaenomena huc spectantia, quibus, ni graviter fallor, ea quae supra (§. 44. 45.) de carbonaceo elemento abundante et muco Malpighiano infixo tanquam caussa proxima istius coloris conjeci, egregie illustrantur.

Refero huc ante omnia singularem coloris mutationem toties in feminis

minis Europaeis observatam *z)*, quibus quippe ceteroquin candidissimis, gra-

z) „*Bey vielen Weibern wird der untre* „*Theil des Körpers*" (*der Unterleib*) „*und die Ringe um die Brüste*" (*um die Papillen*) "*so oft sie schwanger sind,* „*ganz schwarz*" Camper, *kleinere Schriften* T. I. P. I. pag. 47.

„*De nos jours une pareille métamorphose s'est renouvelée annuellement dans* „*la personne d'une Dame de distinction,* „*d'un beau teint et d'une peau fort blan-* „*che. Dès qu'elle étoit enceinte, elle com-* „*mençoit à brunir et vers la fin de sa* „*grossesse elle devenoit une véritable* N é- „g r e s s e. *Après ses couches la cou-* „*leur noire disparoissoit peu à peu, sa* „*premiere blancheur revenoit, et son fruit* „*n'avoit aucune teinte de noir.*" Bomare l. c. art. *Nègre.*

pluribus cf. le Cat l. c. — v. c. pag. 141. "*une Paysanne des environs de Pa-* „*ris, nourrice de son métier, a réguliere-* „*ment le ventre* t o u t n o i r *à cha-* „*que grossesse, et cette couleur se dissipe* „*par l'accouchement.*"

„*Une autre a toujours la jambe gauche* „*noire, dans cette circonstance.*" &c.

it. Lorry *de melancholia* T. I. pag. 298. &c.

graviditatis tempore plures paucioresve corporis partes carbonacea nigredine obfuscatae sunt, quae vero post puerperium sensim sensimque iterum evanuit et pristinus corpori nitor restitutus est. Solutionem aenigmatici problematis praebet chemia recentior ad physiologiam graviditatis applicata. Equidem matri non praegnanti modica corporis proprii carbonacea portio superflua perspiratione cutanea commode excernitur, gravidae contra praeter propriam istam portionem alia quoque accedit *a foetu*, qui liquori amnii immersus ipse nondum perspirat. Nimis ergo tunc abundat sanguis maternus carbonaceo elemento a binis quasi humanis corporibus junctim in unum congesto ita ut non omnis ejus copia solito more a matre perspirando excerni possit, sed pars ejus praecipitata muco Malpighiano inhaerens restet et cutim tingat, donec partu absoluto pristinum istud aequipondium

dium inter carbonaceam materiem proprii corporis et vasa perspirantia cutis restitutum et epidermis quae cum subjecto muco perpetuo sensim et deteritur et vicissim renovatur nativam albedinem denuo induerit.

Neque, mutatis mutandis, dispar ratio videtur fuisse in tot aliis Europaeorum exemplis quibus praeter naturam variae corporis partes fuliginosa nigredine infectae sunt: utpote quae itidem ad carbonacei elementi congestionem referre licebit. Ita v. c. similis nigredo in feminis observata est quae menstruum tributum nunquam solverant *a)*. Ita et in aliis hominibus *b)* praesertim infimae sor-

a) cf. v. c. Jac. Yonge in *philosoph. Transact.* Vol. XXVI. pag. 425.

b) Ipse in supellectile anatomica specimen integumentorum abdominis mendici ante aliquot annos hic mortui servo, nigredine sua vix ac ne vix quidem aethiopum cuti cedens.

Copio-

sortis, atrabilariis et qui cachexia ex inopia et sorditie laborant. Hinc quoque passim in scorbuticis *c)* etc.

Vice

Copioſa id genus exempla in Europaeis obſervata alii exhibent v. c. v. Haller *elementor. phyſiologiae* T. V. pag. 18.

Ludwig in *epiſtolis ad Hallerum ſcriptis* T. I. pag. 393.

de Riet *de organo tactus* pag. 13.

Albinus *de ſede et cauſſa coloris aethiopum* pag. 9.

Klinkosch *de cuticula* pag. 46.

cl. Soemmerring *über die körperl. Verſchiedenheit des Negers vom Europäer* pag. 48.

cl. Loschge in *Naturforſcher* P. XXIII. pag. 214.

Fuſcas maculas (*dunkelbraun*) diverſae magnitudinis, partim ſpithamae diametro, in viro tunc ſexagenario obſervatas, cui juvenili aetate ex febre quartana subortae erant, deſcriptas v. ib. P. XVI. pag. 170.

c) cfr. v. c. poſt tot alios, Jo. Narborough's *voyage to the Streights of Magellan* p. m. 64.: "*their Legs and Thighs are turned* „*as black as a black hat*" &c.

it. cl. Phillip's *voyage to Botany bay* pag. 229.

Vice versa autem Aethiopum nigredinem non adeo constantem esse quin et passim sive pallidior reddita sive plane in album colorem mutata fuerit, experientia docuit. Utique enim Aethiopes quodsi tenella infantia coelum mutarunt et ab eo inde tempore temperatam magis zonam inhabitarunt, subinde sensim palluisse, memoriae proditum est *d)*. Idem quoque et quidem citius accidere solet iisdem Nigritis gravioribus morbis decumbentibus *e)*.

Verum

d) „*Sutor de hac gente adhuc Venetiis vivit,* „*cujus nigredo, longo annorum intervallo,* „*(puer enim ad has oras appulit) ita* „*sensim imminuta est, ut leni ictero labo-*„*rare videatur.*" cl. Caldani *institutiones physiologicae* pag. 151. ed. 1786.
cfr. etiam Pechlin *de habitu et colore Aethiopum* pag. 128.
it. Oldendorp T. I. pag. 406.

e) „*On en a vû d'une telle pâleur, qu'à pei-*„*ne les distinguoit-on d'un Blanc d'une* „*foible complexion.*" Labat, *Relation d'Afrique-occidentale* T. II. pag. 260.
it. Klinkosch l. c. pag. 48.

Verum et absque notabili valetudine passim Aethiopibus sponte sua atrorem nativum cutis in albedinem, qualis Europaeorum esse solet, sensim mutatum esse, notissima exempla prostant *f)*.

§. 50.

Aliae quaedam cutis proprietates gentilitiae.

Praeter colorem aliae adhuc qualitates singulares cuti quarundam gentium passim tribuuntur, quas itidem vel tribus saltem verbis tangere liceat.

Refero huc laevorem et mollitiem cutis, quam holoserico comparant, passim ab auctoribus in variis gentibus v. c. Caribaeis *g)*, Aethiopibus

f) cfr. v. c. Jac. Bate in *philosophical Transactions* Vol. LI. P. I. pag. 175.

g) „*Leur chair est basanée et fort douce, il* „*semble que ce soit du satin quand on* „*tou-*

pibus *h)*, Otaheitis *i)*, imo et Turcis *k)* notatam. In omnibus sive a teneriore epidermide, sive a crassiore muci Malpighiani strato pendere, in aprico est.

Alia contra et ad chemicas potius corporis et atmosphaerae elementorum affinitates referenda caussa videtur subfrigidae ad tactum cutis in variis Africae *l)* et Indiae orientalis *m)* gentibus memorabilis.

Huc

„*touche leur peau.*" Biet, *voyage de la France equinoxiale* pag. 352.

h) Pechlin l. c. pag. 54.
cl. Soemmerring l. c. pag. 45.

i) „*their skin is most delicately smooth and* „*soft.*" Hawkesworth's *collection* T. II. p. m. 187.

k) „*Il n'y a femme de quelque laboureur ou* „*rustique en Asie*" (Turquie) „*qui n'ait* „*une peau si polie, qu'il semble toucher à* „*un fin velours.*" Belon, *observations* p. m. 198.

l) Bruce's *Reisen nach den Quellen des Nils* T. II. pag. 552. T. IV. pag. 471 et 489.

m) de Indis v. cl. Kant in cl. Engel *Philosoph für die Welt* P. II. pag. 154.

Huc denique etiam perspirabile Sanctorianum pertinet, itidem in quibusdam nationibus ut v. c. Caribaeis *n)*, Aethiopibus *o)*, aliisque *p)* singulari odore praeditum; simili adeo ratione qua et aliorum animalium

de Sumatranis cl. Marsden pag. 41. classici operis.

n) „*Ils ont tous une odeur forte et desagré-* „*able. Je ne puis rien indiquer qui pût* „*en rapprocher l'idée. Quand on trouve* „*ailleurs une odeur semblable, on l'appel-* „*le aux Isles*" (Antilles) "*une odeur de* „*Caraïbe: ce qui prouve l'embarras où* „*l'on est de la désigner.*" Thibault de Chanvalon, *voyage à la Martinique* pag. 44.

o) cfr. post alios Schotte *on the synochus atrabiliosa* pag. 104.

History of Jamaica T. II. pag. 352. 425.

p) Ita v. c. Pausanias in *Phocicis* narrat Ozolas populos indigenas Locri secundum totum foetere propter aëris proprietatem.

cfr. etiam cl. Lavater *physiognomische Fragmente* T. IV. pag. 268.

it. cl. Jac. Frid. Ackermann *de discrimine sexuum praeter genitalia* pag. 10.

lium domesticorum quibusdam *varietatibus*, ut inter canes Aegyptio, inter equos ex albo rufescentibus (germ. *Rothschimmel*) specificam et plane singularem perspirationem esse, vulgo notum est.

§. 51.

Capillorum cum cute consensus.

Pilis, et maxime quidem capillis, uti ex ipsis integumentis communibus gignuntur et nutriuntur, ita et in universum magna et multifaria cum his consensio est. Hinc v. c. Aethiopibus de quibus egimus variegatis, crines quoque diversi coloris; hominibus quibus cutis albida ephelidibus maculosis distincta est, rufi capilli *q)* etc. Imo vero et memorabilis

q) Inter nostrates res vulgatissima est. Verum et inter remotissimas gentes observata: v. c. in insula Otahá maris pacifici. v. cl.

lium domesticorum quibusdam varietatibus, ut inter canes Aegyptii, inter equos ex albo rufescentibus (germ. *Rothschimmel*) specificam et plane singularem perspirationem esse, vulgo notum est.

§. 51.

Capillorum cum cute consensus.

Pilis, et maxime quidem capillis, uti ex ipsis integumentis communibus gignuntur et nutriuntur, ita et in universum *magna* et *multifaria* cum his consensio est. Hinc v. c. Aethiopibus de quibus egimus variegatis, crines quoque diversi coloris; hominibus quibus cutis albida e lividibus maculosis distincta est, rufi capilli q) etc. Imo vero et memorabilis

q) Inter nostrates res vulgatissima est. Verum et inter remotissimas gentes observata: v. c. in insula Otaheite maris pacifici v. c.

bilis capillorum ad totam corporis constitutionem et temperamentum relatio est. Docent hoc vel pathologica phaenomena quibus v. c. constat, iis qui flavam caesariem habent (gall. *Blondins*) ex teneriore et magis obsequioso contextu celluloso ceteris paribus variolas similiaque exanthemata facilius erumpere; nigro contra capillo praeditis tantum non semper habitum strictum esse et temperamentum atrabilarium, adeo ut et in hospitiis insanorum et ergastulis longe plurimos reperiri homines atro crine insignes pridem observatum sit.

§. 52.

v. cl. J. R. Forster, *Bemerkungen auf seiner Reise um die Welt* pag. 205.

Multos Timorenses cuprei coloris esse et rufos capillo, van Hogendorp in *Verhandelingen van het Bataviaasch Genootschap* T. I. p. m. 319.

Africanam feminam rufa plane cute et pilis ac capillis rufis vidit Marcgrav, *Tractatus Brasiliae* pag. 12.

§. 52.

Varietates capillorum principes gentilitiae.

In universum quidem gentilitia diversitas capillorum ad quatuor varietates principes redigenda videtur:

1. subfuscus aut nucei coloris (gall. *cendré*), ab una parte in flavum ab altera in nigrum abiens. Mollis idem et prolixus undulatimque flexus. Frequens in Europae temperatae nationibus: quondam praesertim in veteris Germaniae incolis celebratus *r)*.

2. Niger, rigidior, rectus et rarus: qualis Mongolicis gentibus et Americanis esse solet.

3. Ni-

r) Conring *de habitus corporum Germanicorum antiqui ac novi causis.* pag. 85.

§. 52.

Varietates capillorum principes gentilitiae.

In universum quidem gentilitia diversitas capillorum ad quatuor varietates principes redigenda videtur.

1. subfuscus aut nucei coloris (gall. *cendré*), ab una parte in flavum ab altera in nigrum abiens. *Mollis idem et prolixus* undulatimque flexus. Frequens in Europae temperatae nationibus: quondam praesertim in veteris *Germaniae* incolis celebratus r).

2. Niger, rigidior, rectus et rarus: qualis Mongolicis gentibus et Americanis esse solet.

3. Ni-

r) Conring de habitu corporum Germanorum antiqui ac novi causis. pag. 55.

3. Niger, mollior, cincinnatus, densus et uber: qualem plerarumque maris pacifici insularum incolae prae se ferunt.

4. Niger, et crispus, quem vulgo ovium lanae comparant; Aethiopibus communis.

Hujusmodi quidem divisio in universum locum habere et utilis esse poterit. Non magis vero eam ab ipsa natura definitam esse quam alias varietatum gentilitiarum generis humani divisiones, hodie non amplius monitu opus est. Ita enim ut hoc, etsi praeter necessitatem, uno tamen alterove argumento probem, neque crispitudo Aethiopum capillis, neque nigredo ternis quas postremo loco dixi varietatibus communis et propria est. Dantur siquidem Aethio-

 pum

pum stemmata prolixa coma *s)*; dantur contra gentes cuprei coloris attamen crispo, qualis Aethiopum esse solet, capillo *t)*; dantur alii, v. c. Novo-Hollandi, quorum caesaries, ut ex speciminibus video quae mihi ad manus sunt, tam perfecte medium tenet locum inter Aethiopum crispitudinem et cincinnos hominum qui maris pacifici insulas inhabitant, ut mirus inde dissensus natus sit in itinerum relationibus a primis inde seculi praeteriti Batavorum ad nuperrimas usque Anglorum, num scilicet potius ad unam numve rectius ad alteram

s) cfr. v. c. de Gallarum gente Bruce, *Reise nach den Quellen des Nils* T. II. pag. 214.

de incolis regni Bornu, *proceedings of the African Association* p. m. 201.

t) v. c. incolae insulae Ducis Eboraci (*the Duke of York's Island*) haud procul a Nova-Hibernia oceani australis. v. J. Hunter's *historical Journal of the Transactions at Port Jackson* &c. pag. 233. — „*they are of a light copper colour — the* „*hair is woolly.*"

teram varietatem pilorum referenda sit.

Quod vero varium pilorum colorem attinet, eas quoque gentes intercedentem, quibus plerumque niger solet esse capillus, citasse sufficiat idoneos testes, qui in omnibus tribus quas praeter primam recensui varietatibus, quamplurimos rufos reperiri referunt *u)*.

§. 53.

u) cf. v. c. de Esthonibus, Anon. in *Teutschen Merkur* 1788. P. II. pag. 341.

Plerosque Wotjakos, sibi visos, rufos fuisse, J. G. Gmelin, *Reise durch Sibirien* T. I. pag. 89.

Flavi capilli Eskimotas memorat' Charlevoix in *Histoire de la nouvelle France* T. III. pag. 179.

De Aethiopibus rufis v. Lopez, *Relazione del Reame di Congo* p. m. 6.

Mulatum rufo capillo ipse vidi, et pilorum specimen servo. Idem de Mulatis a se in Sierra Liona visis notat von der Gröben, *Guineische Reisebeschreibung* pag. 29.

De Papuis prope Novam Guineam Sonnerat, *voyage à la nouvelle Guinée*. p. 153.

§. 53.

Irides oculorum cum capillorum colore consentientes.

Capillos cum integumentis corporis communibus consentire vidimus. Verum et colorem oculorum colorem cutis sequi pridem Aristoteles *w)*. Eos qui albi colore sunt, caesios habere oculos; qui autem nigri, nigros. Hinc v. c. neonatis inter nostrates plerumque oculi caesii et capilli pallidi, qui postmodum in iis qui subfusci (gall. *brunet*) fiunt, pari quasi passu sensim obfuscantur. Hinc contra senio confectis cum pilis canescentibus oculi quoque interni pigmentum multum de sueto colore obscure fusco perdit. Leucaethiopibus

De Novo-Zeelandis, Marion et Duclesmeur, *nouveau voyage à la Mer du Sud* pag. 138.

De Otaheitis, Wallis in Hawkesworth's *collection* T. I. pag. 260.

w) Problemat. Sect. 10. pag. 416. edit. Casaub.

pibus denique de quibus infra ex professo sermo erit uti capillus ex subflavescente peculiariter albidus ita pigmentum oculi plane nullum, hincque iris pallida subrubella.

In universum etiam memorabile non nisi iis animantibus oculorum varietatem esse, qui et cutis et pilorum colore variant, id quod non solis hominibus et equis, quae veterum opinio fuit, sed et aliis, ex domesticorum maxime tribu, contingere novimus.

Quid quod et in iis quorum pellis variegata est, saepissime quoque iris non uno colore variegata cernitur. In canibus v. c. diversicoloribus pridem observatum *x)*. Simile quid in ovibus et equis animadverti, in nullis aliis autem tam luculenter ac in cuniculis; ubi griseis, qui nempe

x) cfr. Molinelli in *commentar. instituti Bononiensis* T. III. pag. 281.

pe nativum et silvestrem colorem retinuerunt, irides in totum fuscas, in variegatis autem, quorum pellis nigro et niveo maculata est, subinde evidentissime irides quoque identidem maculatas reperi: in plane candidis demum, qui leucaethiopibus similes sunt, pallide roseas esse, vulgo notum est.

§. 54.

Colores principes oculorum.

Ternos colores primarios iridis oculi humani idem jam quem modo citavi Aristoteles et quidem bene constituerat:

1. caeruleum scilicet;

2. obscure aurantium, quem caprinum vocat (gall. *yeux de chévres*) *y)*

3.

y) Medius inter caesium et aurantium color est

3. denique fusco-nigricantem.

Omnes tres uti passim in singulis hominibus unius ejusdemque gentis occurrunt, ita et in diversis passim stemmatibus ejusdem terrae intra paucorum latitudinis geographicae graduum limites magis constantes et quasi gentilitii observantur. Hinc v. c. Linnaeus *z)* inter Sveciae populos *Gothis* capillos albidos, oculorum autem irides cinereo-coerulescentes tribuit: *Fennonibus* capillis flavis, irides fuscas: *Lapponibus* denique capillis nigris, irides nigricantes.

Caerula lumina quondam aeque ac flava caesaries ad veterum Germano-

est singulariter viridescens et quasi prasinus subinde in hominibus observabilis qui flammeam fere comam et cutem ephelidibus valde maculosam habent.

cfr. liber singularis *de coloribus oculorum* Sim. Portii. Florent. 1550. 4.

z) *Fauna Suecica* pag. 1.

manorum characteres nativos relata. Verum et passim inter remotissimas gentes reperiuntur *a)*.

Nigerrimae irides Aethiopibus, ita, ut in vivis praesertim, non nisi propius inspectis oculis ab ipsa pupilla distingui possint *b)*.

§. 55.

Facies gentilitia.

Jam ab oculis aptissime ad reliquam faciem, cujus quidem in universum tanta est et memorabilis in singulis hominibus diversitas ut proxime a miraculo absit quodsi vel duo occurrant indiscreto, et quod vulgo ajunt ad eandem formam fuso, ore. Imo

a) Exempla congessi in notis ad Jac. Bruce *Reise zu den Quellen des Nils* T. V. pag. 239.

b) Ita enim interpretari oportet voces cl. J. Gottl. Walter *de venis oculi* pag. 23. "*iris* „*in aethiope nulla est*" &c.

Imo et haec facierum discrimina non solum in Europaeis verum et inter barbaras gentes observabilia esse certo certius constat *c)*. Quanquam vero haec vera sint ut sunt verissima, non minus tamen extra dubitationem positum est, esse utique diversis humani generis varietatibus (quid quod et

c) Ita v. c. de indigenis insularum amicorum oceani australis (*the Friendly Islands*) oculatissimus observator Guil. Anderson: "*their features are very various; „in so much that it is scarcely possible to „fix on any general likeneſs by which to „characterize them, unleſs it be a fulneſs „at the point of the nose, which is very „common. But, on the other hand, we „met with hundreds of truly European „faces, and many genuin Roman noses, „amongst them.*" v. Cookii iter ultimum T. I. pag. 380.

Alia id genus exempla inter Aethiopicas et Americanas gentes observata, infra dicentur.

Vice versa Europaeorum singulorum quod ad faciem cum Aethiopibus aut Mongolis similitudo satis frequens vel vulgo in proverbium abiit.

et passim singularum provinciarum incolis *d)* in universum faciem gentilitiam cuivis earum propriam et communem et qua a reliquis varietatibus facile distinguantur.

§. 56.

Varietates faciei gentilitiae.

Periculum itaque feci, postquam copiam iconum exoticorum hominum a peritis artificibus ad vivum factarum mihi assiduo studio comparaveram, tum vero in emporiis quae ab exteris gentibus maxime frequentantur, Londini praesertim et Amstelodami magnum eorum hominum numerum

d) Hinc pridem ante ducentos annos Libavius, non contemnendus auctor: "*alia facies est Thuringorum, alia Saxonum, alia Suevorum, et in singulis pagis fere sua, ut si liberet aliquid studii in hoc reponere, pene agnoscas ex aspectu patriam.*" libro de *Aethiopibus Virgilianis, Singularium* T. IV. p. m. 659.

merum ipse videram, hasce faciei gentilitiae varietates in classes certas redigendi, quae nisi me omnia fallunt, etsi exceptionibus singularibus obnoxiae, proxime tamen ad naturae veritatem sequenti modo ad quinarium numerum redibunt, tanquam reliquarum minoris momenti diversitatum exempla et formae principales:

1°. Facies ovalis, rectior, partibus modice distinctis.

Frons planior.

Nasus angustior, leviter uncus, aut dorso saltem gibbosiore.

Ossa jugalia nuspiam protuberantia.

Os parvum, labris (praesertim inferiore) molliter explicatis.

Mentum plenum, rotundatum.

In universum ea vultus species, quam ex nostratium de symmetria judicio maxime venustam et formosam censemus.

Eadem haecce faciei species *medium* quasi constituit quod utrinque in *extrema* maxime sibi opposita degenerando abiit, quorum alterum faciem latius diductam, alterum inferius porrectam exhibet.

Utrumque vero iterum binas diversas varietates complectitur, facie a latere spectata (*en profil*) maxime ab invicem distinguendas. Tunc nempe altera harum varietatum nasum reliquasque partes monstrat minus distinctas sed quasi confluentes. Altera vero easdem profundius ut ita dicam exscalptas et angulose quasi prosilientes.

Sequen-

Sequentes hinc constituendae *praeter primam istam mediam,* quatuor reliquae varietates. viz.

A) *binae, faciei latius diductae:*

2°. nempe, facies lata, simulque plana et depressa, partibus ideo minus distinctis sed quasi confluentibus.

Glabella s. oculorum interfinium planum, latissimum.

Nasus simus.

Genae fere globosae, extrorsum eminentes.

Palpebrarum apertura angusta, linearis (gall. *yeux bridés*).

Mentum prominulum.

Hic vultus Mongolicis gentibus communis (hinc angl. *the Tartar face*, ex vulgari loquendi ratione quam infra tangemus, Tataros cum Mongolis confundente).

3°. Facies lata quidem, malis eminentibus, sed non plana et depressa, verum partibus a latere spectatis magis elaboratis et quasi profundius exscalptis.

Frons brevis.

Oculi profundius locati.

Nasus subsimus quidem, attamen prominens.

Haec facies plerorumque Americanorum.

B) *bi-*

Hic vultus Mongolicis gentibus communis (hinc angl. *the Tartar face*, ex vulgari loquendi ratione quam infra tangemus, Tataros cum Mongolis confundente).

3°. Facies lata quidem, malis eminentibus, sed non plana et depressa, verum partibus a latere spectatis magis elaboratis et quasi profundius exsculptis.

Frons brevis.

Oculi profundius locati.

Nasus subsimus quidem, attamen prominens.

Haec facies plerorumque Americanorum.

B) bi-

B) *binae varietates faciei inferius porrectae.*

4°. Facies angustior, inferius prominens.

Frons gibba, fornicata.

Oculi magis eminentes (*à fleur-de-tête*).

Nasus crassus et cum porrectis genis quasi confusus. *(le nez épaté).*

Labia (praesertim superius) tumore impleta.

Mandibulae porrectae.

Mentum retractius.

Hic vultus Aethiopum (angl. *the Guinea face*).

 5°. Fa-

5°. Facies minus angustior, inferius quidem aliquantum prominens, sed partibus ejus a latere spectatis magis prosilientibus et ab invicem distinctis.

Nasus plenior, latiusculus, quasi diffusus, apice crassiore. (angl. *bottled*).

Os magnum.

Haec Malaicae stirpis facies, praesertim qui oceani australis insulas habitant incolarum.

§. 57.

Caussae faciei gentilitiae.

Ante omnia monere oportet hic loci non esse sermonem de vultu, physiognomico sensu sumto, *(Blick, Ausdruck)* temperamenti indice, qui quidem et ipse nonnunquam gentilitius et quibusdam nationibus proprius

5°. Facies minus angustior, in[illegible] nus quidem aliquantum prominens, sed partibus ejus a latere [illegible] magis prosilientibus et ab [illegible] distinctis.

Nasus plenior, latiusculus, quasi diffusus, apice crassiore. (angl. *bot-led*).

Os magnum.

Haec Malaicae stirpis facies, praesertim qui oceani australis insulas habitant incolarum.

§. 57.

Caussae faciei gentilitiae.

Ante omnia monere oportet hoc loci non esse sermonem de vultu, physiognomico sensu sumto, (*Blick, Ausdruck*) temperamenti in[illegible] quiquidem et ipse nonnunquam [illegible] tilitius et quibusdam nationi[illegible] pro-prius

prius atque ex communi fonte derivandus esse potest.

Siquidem huc conferre probabile est v. c. victum, cui placidum vultum in abstemiis Braminis et Banianis Indiae, atrocem contra in anthropophagis Boticudis Brasiliae *e)* verosimiliter tribuas:

Item religionem, exemplo pii et devoti vultus quo sequior praesertim sexus in australioris Europae quibusdam terris excellit (vernacula *Madonnen-Gesichter*):

aut cultum et luxuriem, quibus v. c. molles et effeminati Otaheitae tantum superant viriles et strenuos Novo-Zelandos:

Verum

e) Notitiam ferocissimae hujus gentis anthropophagae debeo cl. duumviris Lusitanis Brasiliensibus, de Camara et d'Andrada.

Verum de caussis faciei gentilitiae, ipsissimae nempe figurae et proportionis et directionis partium ejus, agimus, quae quidem omnia diversis generis humani varietatibus utique propria et characteristica esse vidimus.

At enim vero ipsa harum caussarum disquisitio tantis premitur difficultatibus, ut non nisi probabilia conjectura sequi liceat.

Clima sane principem faciei gentilitiae caussam esse, mihi tribus praesertim argumentis persuasum est;

1. videmus faciem gentilitiam quibusdam certi cujusdam coeli populis adeo communem esse et in diversi ordinis et vitae generis hominibus unam eandemque, ut vix ad aliam caussam referri possit. Exemplo sint Sinenses, quibus characteristica quasi complanata facies aeque ac inter ipsos nostros Europaeos Anglis et

et Majorcanis *f)* symmetrica et eximia pulchritudo communis est.

2. Ni fallor exempla extant populorum qui postquam sedes mutarunt et aliorsum migrarunt, temporis progressu pristinam quoque faciem cum nova, novo climati propria, permutarunt. Jacutae v. c. a plurimis antiquitatum septentrionalium auctoribus ad Tataricam stirpem referuntur. Faciem vero eorum hodie Mongolicam esse, curati avtoptae asserunt, et ipse in Jacutae cranio quod gener. L. B. ab Asch munificentia supellectilem meam anthropologicam ornat, coram video *g)*. Simile quid de Americanis utriusque zonae frigidissimae infra notabitur (§. 88.).

Ita et Creolos ab Anglis parentibus et proavis in Antillicis insulis ortos

f) v. *Mémoires du Cardinal de Retz* T. III. pag. 343.

g) *Decas craniorum altera* pag. 11.

tos demum nativum Britannicum vultum cum characteristico indigenarum Americae quodammodo commutasse, horumque oculos profundiores, malasque elatiores accepisse, pridem annotatum est *h)*.

Verum omnium luculentissima exempla praebent Aegyptus, et India Cisgangetana.

Uti enim haec peninsula a diversissimis jam populis subacta est; ideo quod priores, postquam in tam emolliente climate effeminati erant, denuo ab aliis ipsis succedentibus fortioribus gentibus borealibus devicti sunt, ita et facies eorum novo coelo se quasi accommodasse videtur, adeo ut v. c. vetustissimorum Indiae possessorum vultum gentilitium et plane characteristicum hodie non nisi ex antiquissimis Indiae artis operibus, stupendis scil. statuis noscamus, insigni

h) History of Jamaica T. II. pag. 261.

signi artificio in templis subterraneis insularum Salsette et Elephanta exscalptis, quarum specimina admiranda Londini vidi tum in Museo Britannico tum inter thesauros antiquarios viri humanissimi cl. Car. Townley *i)*. Verum etiam nuperiores Indiae victores, Mongolos scil. a Timuri inde temporibus multum a nativa sua facie novo sub coelo perdidisse et propius ad Indicam accessisse, ibidem adhibitis imaginibus Indicis ad oculum mihi demonstravit cl. Jo. Walsh, rerum Indicarum peritissimus.

Quod vero Aegyptiorum veterum faciem gentilitiam attinet, mirari satis nequeo, qui celeberrimi archaeologi Aegyptiacae artis veteris studiosissimi omnibus ac singulis unum eundemque communem vultum tribuere potuerint *k)*; cum curatior horum

i) *Archaeologia* T. VII. tab. 25. 26. 27.
k) v. c. Winkelmann, *description des pierres gravées de Stosch* pag. 10. et alias.

cl.

horum monumentorum contemplatio et comparatio me apertissime docuerit tria in iis faciei genera distinguenda esse; alterum scilicet Aethiopicae affine; alterum Indicae; tertium vero in quod utrumque istorum temporis progressu, et climatis specifici Aegypto proprii influxu, abiit, habitu spongioso et flaccido, mento brevi, et oculis prominentibus insigne *l*).

3. Videmus gentes quae tantum pro coloniis unius ejusdemque stirpis habentur diverso sub coelo diversam quoque faciem gentilitiam sibi contraxisse. Hungari v. c. ad eandem cum Lapponibus stirpem primitivam refe-

cl. D'Hancarville, *Récherches sur l'origine des arts de la Gréce* Tom. I. pag. 300.

l) pluribus de triplici hoc charactere artis veteris Aegyptiacae monumentorum egi in *philosophical Transactions* a. 1794. P. II. pag. 191.

referuntur *m)*. Hi autem ultimo sub septentrione faciem induerunt borealibus maxime gentibus familiarem, cum isti contra in temperata zona et Graeciae ac Turciae vicinia elegantiorem faciei formam nacti sint.

Multum quidem in his omnibus quoque tribuendum esse connubiis diversarum gentium, omnes novimus, et ipse mox de eorum in immutanda facie gentilitia potestate, quaedam in medium proferam. Magnam vero utique et ipsius climatis per se jam spectati in haec potentiam esse, maxime sicubi cum iis conferantur quae supra de caussis modisque monuimus quibus bruta animalia

m) cfr. Ol. Rudbeckii fil. *analogia linguae Finnonicae cum Ungarica* ad calcem *Specim. usus linguae Gothicae* Upsal. 1717. 4. praesertim pag. 77.
et post alios nuperos cl. J. Hager, *neue Beweise der Verwandtschaft der Hungarn mit den Lappländern* Wien 1794. 8.

lia degenerant, verisimillimum apparet.

Rationem vero reddere, cur hoc clima hanc, illud illam faciem gentilitiam effingat, difficillimum videtur; et tamen acutissimi viri in explicanda diversarum gentium facie id tentarunt; ut cl. Kant in Mongolica *n)* cl. Volney in Aethiopica *o)*.

Accessorias passim singulari climati caussas endemicas, v. c. perpetuas

n) in cl. Engel *Philosoph für die Welt* T. II. pag. 146.

o) *Voyage en Syrie et en Egypte* T. I. pag. 74. "*En effet, j'observe que la figure des* „*Nègres représente précisément cet état de* „*contraction que prend notre visage, lors-* „*qu'il est frappé par la lumière et une* „*forte réverbération de chaleur. Alors le* „*sourcil se fronce; la pomme des joues* „*s'élève; la paupière se serre; la bouche* „*fait* l a m o u e. *Cette contraction,* „*qui a lieu perpétuellement dans le pays* „*nud et chaud des Nègres, n'a-t-elle pas* „*dû devenir le caractère propre de leur* „*figure?*"

tuas culicum nubes, aliquid ad faciem propriam incolarum contrahendam conferre posse, Dampieri de Novo-Hollandiae occidentalis accolis observatio, docere videtur *p)*.

Anceps haereo anne et de climatis in conformationem hominis aeque ac brutorum animalium influxu interpretanda sit Leibnitii nostri opinio de similitudine gentium cum animantibus terrae ipsarum indigenis: videri scil. Lappones vultu ursum referre, Nigritas simiam, de qua vero et extremi orientales aliquid habeant etc. *q)*.

Prae-

p) „*Leurs paupieres sont toûjours demi fer-„mées pour empêcher que les mouches ne „leur donnent dans les yeux. — De lå „vient, qu'etant incommodez de ces inse-„ctes dès leur enfance, ils n'ouvrent ja-„mais les yeux comme les autres peuples.*" T. II. pag. 169.

q) v. Felleri *otium Hanoveranum* pag. 150.

Liceat ob argumenti affinitatem his subjungere locum ex cl. Marsden *history of*

Praeter clima vero etiam vitae genus nonnihil ad faciei formam gentilitiam conferre posse, assertum legimus exemplo Aethiopum, quorum nasum crassum et labia turgida passim tributa sunt modo quo tenella adhuc aetate a matribus lactantibus dum sorgum tundunt aliisve sub diris earum et gravissimis laboribus dorso portari soleant *r)*.

Imo

of Sumatra pag. 173. "*Some writer has „remarked, that a resemblance is usually „found, between the disposition and qualities of the beasts proper to any country, and those of the indigenous habitants of the human species, where an intercourse with foreigners has not destroyed the genuineneſs of their character. „The Malay may be compared to the buffaloe and the tiger. In his domestic „state, he is indolent, stubborn, and voluptuous as the former, and in his adventureous life, he is insiduous, blood-thirsty and rapacious as the latter. Thus „the Arab is said to resemble his camel, „and the placid Gentoo his cow.*"

r) cfr. v. c. praeter tot alios, Barbot in Churchill's *collection of voyages* T. V. pag.

Imo vero et apud varias barbaras gentes, Aethiopes *s)* v. c. Brasilienses *t)*, Caribaeos *u)*, Sumatranos *w)*, insu-

36. *"The wives of the better sort of „men being put to no such hard labour „as the meaner, it has been observed, that „their children have not generally such „flat noses as the others; whence it may „be inferr'd that the noses of these poor „infants are flatten'd by being so long car- „ried about on their mother's backs, be- „cause they must be continually beating „on them, when the motion of their arms „or bodies is any thing violent; especial- „ly when they are beating or pounding „their millet every morning, which is the „constant task of the women of inferior „rank."*

s) v. post silvam aliorum testium, *Report of the Lords of the Committee of Council for the consideration of Slave-Trade.* 1789. fol. P. I. fol. C. 1.[b]

t) Lery, *voyage en la terre du Bresil* p. m. 98. 265.

u) De la Borde *relation des Caraibes* in Melchis. Thevenoti minore collectione (Paris. 1674. 4.) pag. 29.

w) cl. Marsden, *history of Sumatra* pag. 38.

insularum societatis in oceano australi incolas *x)* etc. neonatorum nasum studio et vi illata deprimi et quasi subigi avtoptarum fide dignissimorum uberrimis testimoniis extra dubitationem positum est; etiamsi nimia sint quae passim de fractis seu disjunctis hac ratione ipsis nasi ossibus perhibentur *y)*.

Verum istiusmodi violenta et diu continuata nasi mollis compressione augeri tantum et tueri nativam ejus configurationem, neutiquam vero primitus formari, vix monitu opus est, cum jam in foetibus abortivis gentilitiam faciem agnosci posse vulgo notum sit.

Denique autem gentilitia ista facies in prole ex connubiis diversarum gene-

x) cl. J. R. Forster, *Bemerkungen auf seiner Reise um die Welt* pag. 482. 516.

y) cf. v. c. Kolbe, *Beschreibung des Vorgebürges der guten Hoffnung*, pag. 567.

generis humani varietatum non minus ac color earum cutaneus miscetur et quasi confluit, ita ut medium tunc inter utriusque parentis vultum prae se ferat. Hinc mixta facies Mulatorum, hinc Cosaccorum *z)* et Kirgisarum *a)* progenies connubiis cum Calmuccis sensim deformata, Tatarorum contra Nogaiensium proles copula cum Georgianis, venustior reddita *b)*.

Exempla autem intemerati vultus populorum nullis aliis aliarum nationum connubiis infectorum quondam praebebant veteres Germani *c)*, hodienum vero Cingari genuini Transylvaniae indigeni *d)*, et instar omnium Judaeorum gens sub quovis coe-

z) *Decas craniorum prima* pag. 18.
a) *Decas craniorum altera* pag. 8.
b) Peyssonel *sur le commerce de la mer noire* T. I. pag. 177.
c) Tacitus *de moribus Germanorum* c. 4.
d) *Decas craniorum altera* pag. 3.

coelo, quod ad fundamentalem faciei configurationem attinet *e)*, sibi similis, et gentilitio quodam charactere insignis tantum non omnibus communi, et vel a parum physiognomice doctis primo intuitu dignoscendo, etsi difficulter verbis concipiendo et exprimendo *f)*.

§. 58.

e) Hinc vulgo pro summo artis documento Batavi chalcographi Bern. Picart habetur, quod in notissimo opere, *Ceremonies et coutumes religieuses*, fere innumeros exhibuerit Judaeos, quod ad faciei lineamenta singulos quidem a singulis diversos, attamen omnes gentilitio isto charactere insignes et ab aliarum gentium hominibus, ipsis intermixtis, luculentissime distinguendos.

f) Summo artifici cl. Benj. West, academiae regiae artium Praesidi, quocum de judaeorum facie gentilitia disserui, videbatur, eam praeter alia maxime caprini quid peculiaris et characteristici prae se ferre, quod non tam in naso adunco, quam in transitu et confluxu sepimenti quod nares discriminat ad labii superioris medium, ponendum esse censebat.

Minus

§. 58.

Craniorum forma gentilitia.

Intimam esse relationem faciem inter externam et substratam ipsi osseam compagem, per se patet *g)* adeo, ut vel coecum, dummodo aliquam ingentis differentiae notitiam habuerit, qua Mongolica facies ab Aethiopica abhorret, vel solo tactu statim cranium Calmucci ab eo Nigritae distinguere posse, nullum dubium sit; neque vel indoctissimo per-

Minus accurate itaque cepisse viri humanissimi sententiam videtur desideratiss. Camper, *über den natürlichen Unterschied der Gesichtszüge* p. m. 7. ubi etiam, quod equidem miror, Judaeorum nasum isti Mogolorum similem esse asserit.

g) cf. Sr Th. Brown's ***Discourse of the Sepulchral Urns found in Norfolk.*** p. m. 13. Idem vir acutissimus primus (quantum novi ad gentilitiam formam craniorum Aethiopum attendit: *"it is hard to „be deceived in the distinction of Negro's „Scull's."*

persuadere possis alterutrum eorum capiti inhaesisse istis simili ad quorum exempla divina artis antiquae Graecae opera exsculpta sunt. Haec inquam quoad generalem habitum plana et evidentia.

Verum a curatiore anatomica indagine craniorum genuinorum *h)* diversarum gentium plurimum adhuc lucis in studio varietatis generis humani vel ideo expectare licebat, quod, a mollibus et inconstantioribus partibus nudata, firmum et stabile capitis fundamentum exhibeant, et commode tractari et explorari, diverso sub aspectu considerari et invicem comparari possint.

Patet quidem ejusmodi comparatione formas craniorum non minus quam colores cutis aut alias hujus-
modi

h) Regulas et criteria quibus hoc respectu in dijudicandis craniis utor, enarravi *Decade prima collectionis craniorum* pag. 5.

modi varietates in singulis hominibus passim ludere, unam cum aliis affinibus gradatim et inobservabili transitu quasi confluere, attamen in universum haud inficiandam imo insignem ipsis inesse constantiam characterum ad habitum gentilitium plurimum facientium et faciei nationibus propriae ad amussim respondentium. Induxit etiam ea constantia egregios quosdam anatomicos inde ab Adr. Spigelio *i)* ut dimensionum normam quandam constituerent ad quam tanquam ad trutinam craniorum varietates revocari et in ordines redigi possent; in quibus equidem prae ceteris peculiarem mentionem meretur ingeniosi Camperi linea facialis *k)*.

§. 59.

i) *de corporis humani fabrica* p. m. 17.
k) v. Ej. *kleinere Schriften* T. I. P. I. pag. 15. Ej. *Naturgeschichte des Orang-utang* p. 181. 212. et librum singularem *über den natürlichen Unterschied der Gesichtszüge* &c.

§. 59.

Linea facialis Camperi.

Equidem animo sibi concipit, cranio a latere viso, binas lineas rectas se invicem secantes. Primam nempe horizontalem per meatum auditorium externum et narium fundum ductam. Alteram vero quae ossis frontis supra nasum prominentem partem tangit et inde ad extremum usque limbum alveolarem superioris mandibulae decurrit. Ex angulo qui binarum istarum linearum concursu efficitur, aestimandam putabat vir egregius differentiam craniorum tam in brutis animantibus quam in diversis generis humani nationibus.

§. 60.

In eandem animadversiones.

At enim vero, si quid recte video, haec regula non uno vitio laborare mihi videtur.

1°.

§. 59.

Linea facialis Camperi.

Equidem animo sibi concipit, cranio a latere viso, binas lineas rectas se invicem secantes. Primam nempe horizontalem per meatum auditorium externum et narium fundum ductam. Alteram vero quae ossis frontis supra nasum prominentem partem tangit et inde ad extremum usque limbum alveolarem superioris mandibulae decurrit. Ex angulo qui binarum istarum linearum concursu efficitur, aestimandam putabat vir egregius differentiam craniorum tam in brutis animantibus quam in diversis generis humani nationibus.

§. 60.

In eandem animadversiones.

At enim vero, si quid recte video, haec regula non uno vitio laborare mihi videtur. 1°.

1°. enim, quod equidem ex iis quae de varietatibus faciei gentilitiae diximus (§. 56.) per se patet, universa haecce linea facialis ad summum non nisi in eas generis humani varietates quadrat quae mandibularum directione ab invicem variant, neutiquam vero in eas quae contraria plane ratione facie potius in latera diducta insignes sunt.

2. Saepissime diversissimarum gentium craniis toto quod ajunt coelo ab invicem discrepantibus una tamen eademque lineae facialis directio esse solet; vice versa pluribus unius ejusdemque gentis craniis, quae in universum eodem habitu invicem conveniunt linea facialis valdopere diversa. Parum enim ex sola directione faciei in craniis a latere visis judicare licet, nisi simul respectus habeatur latitudinis eorum. Ita v. c. dum haec scribo coram video craniorum bigam, Ae-

thio-

thiopis scil. Congensis *l)* et Sarmatae Lithuani *m)*; utrisque linea facialis fere una eademque; habitus tamen maxime diversus si angustum et quasi carinatum Aethiopis caput cum quadrato magis Sarmatae comparaveris. Contra vero alia bina Aethiopum crania ad manus habeo, faciali linea mirum quantum ab invicem abhorrentia *n)*, utroque vero, si a facie spectetur, angusta et quasi compressa calvaria, fronte fornicata etc. Aethiopicam originem aperte testante.

3. Denique vero Camperus ipse, in iconibus operi suo subjunctis, lineis suis binis normalibus adeo arbitrarie et inconstanter usus est, toties punctis contactus variat, secundum quae lineas istas dirigit, et a quibus omnis

l) *Decade altera collectionis craniorum.* tab. 18.

m) *Decade tertia* tab. 22.

n) cfr. *Decadis primae* tab. 7 et 8.

omnis earum vis et fides pendet, ut se ipsum in earum usu incertum et ambigue haesitantem tacite profiteatur.

§. 61.

Norma verticalis ad characteres gentilitios craniorum definiendos.

Equidem quo major mihi indies usus et quasi consuetudo cum collectione mea craniorum diversarum gentium, eo minus possibile mihi videtur varietates hasce gentilitias, in tanta proportionis et directionis partium capitis ossei vere multiformis differentia, plus minus ad characterem gentilitium faciente, ad gradus et angulos generalis cujusdam regulae reducere.

Quum tamen ille craniorum aspectus in hac de qua agimus diagnosi ce-

ceteris praeferendus videatur qui plurimas et maxime principales et ad comparationem characterum gentilitiorum inprimis idoneas partes uno intuitu simul offert, eum prae aliis huic scopo egregie respondere experiundo didici, quando crania ossibus suis jugalibus versus eandem lineam horizontalem directis junctim cum maxillis suis inferioribus eidem tabulae una serie imposita retro a vertice intuemur. Tunc enim quicquid maxime ad gentilitium craniorum characterem confert, sitve mandibularum, sitve jugalium ossium directio, latitudo calvariae, aut angustia, planities frontis aut tuberositas, etc. uno obtutu tamque distincte oculos ita feriet, ut eum aspectum non inepte n o r m a m v e r t i c a l e m appellare liceat; cujus rationem et usum *tab.* I^{ma} facile illustrabit; utpote quae speciminis loco tria crania, ea quam diximus ratione disposita, exhibet. Medium scil. (fig. 2.)

2.) maxime symmetricum et venustissimum feminae Georgianae; utrinque vero bina capita ossea opposito plane modo ab eo discrepantia. Alterum nempe (fig. 3.) antrorsum elongatum et quasi rostratum Aethiopissae Guineensis; alterum vero (fig. 1.) ad latera extrorsum diductum et quasi complanatum Tungusae rangiferini.

In *illo* tum orbitarum limbus tum jugalia ossa eleganter angustata ipsaeque mandibulae sub ossis frontis modice explanati peripheria absconduntur;

in *isto* contra maxillaria ossa utrinque compressa prominent;

in *hoc* denique jugalia ossa cum nasi ossiculis et glabella in eodem fere plano horizontali posita, utrinque enormiter exporrecta eminent.

§. 62.

§. 62.

Varietates craniorum gentilitiae.

Omnis capitis ossei diversarum gentium diversitas aeque ac ea faciei gentilitiae quam supra recensuimus (§. 56.) ad quinas quoque varietates principes redigenda videtur; quarum specimina e multis selecta *tab.* II[da] exhibet.

1. Medium in his locum tenet optime symmetricum, subglobosum, cui frons modice explanata, ossa jugalia angustiora, nuspiam protuberantia, a processu malari ossis frontis deorsum decurrentia;

limbus alveolaris rotundior;

dentes primores utriusque maxillae ad perpendiculum positi.

Speciminis loco inservit *tab. II. fig.* 3. feminae Georgianae elegantissimum cranium.

(— cfr. §. 56. n. 1. —)

Media

Media est haec venusta cranii forma inter bina *extrema;* quorum alteri

2. caput quasi quadratum; ossa jugalia extrorsum eminentia;

glabella et nasi simi ossicula fere in eodem cum ossibus jugalibus plano horizontali posita;

arcus superciliares vix ulli;

nares angustae;

fossa malaris leviter tantum sinuata;

limbus alveolaris antrorsum obtuse arcuatus;

mentum prominulum.

Haec cranii forma Mongolicis gentibus propria.

Hujusmodi est *tab.* II. *fig.* 1. Tungusae rangiferini.

(— cfr. §. 56. n. 2. —)

Alteri

alteri contra extremo

3. caput angustum a lateribus compressum;

frons tuberosa, fornicata;

ossa jugalia antrorsum prominentia;

nares amplae;

fossa malaris pone foramina infraorbitalia profundius sinuata;

mandibulae porrectae;

limbus alveolaris angustior, elongatus, magis ellipticus;

dentes primores superiores oblique porrecti;

inferior mandibula magna, robusta;

cranium plerumque crassum, ponderosum.

Hujus-

Hujusmodi Nigritis commune; quale est *tab. II. fig.* 5. Aethiopissae Guineensis.

(— cfr. §. 56. n. 4. —)

Sequuntur denique binae varietates inter primam illam et extremas istas *intermediae:*

4. nempe ea, cui

malae latiores quidem, attamen magis arcuatae et rotundatae quam in Mongolica varietate (— n. 2. —) non ut in hac utrinque exporrectae et angulosae;

orbitae plerisque profundae;

frontis et verticis forma plurimis arte efficta;

cranium plerisque levius.

Haec Americana varietas.

O vide-

videsis *tab. II. fig.* 2. caput ducis Caribaei ex insula S^ti^ Vincentii.

(— cfr. §. 56. n. 3. —)

5. Calvaria modice angustata;

frons subtumida;

malarum ossa haud protuberantia;

mandibula superior aliquantum prominens;

bregmatis ossa ad latera protuberantia.

Haec Malaico stemmati per oceanum australem communia.

Specimen exhibet *tab. II. fig.* 4. cranium scil. O-taheitae.

(— cfr. §. 56. n. 5. —)

Et haec quidem craniorum forma gentilitia in universum adeo constans, ut et in tenellorum infantum capi-

videsis *tab. II. fig.* 2. caput d
Caribaei ex insula S. Vincentii.

(— cfr. §. 56. n. 3. —)

5. *Calvaria modice angustata:*
frons subtumida;

malarum ossa haud protuberantia;

mandibula superior aliquantum prominens;

bregmatis ossa ad latera protuberantia.

Haec Malaico stemmati per oceanum australem communia.

Specimen exhibet *tab. II. fig.* 4 cranium scil. O-taheitae.

(— cfr. §. 56. n. 5.—)

Et haec quidem craniorum forma gentilitia in universum adeo constans, ut et in tenellorum infantum cap

capitibus jam observabilis sit. Ita enim v. c. infantis Buraeti cranium possideo *o)* Mongolicum characterem aperte prae se ferens; aliud Nigritae neonati *p)* Aethiopicum habitum prodens.

§. 63.

Caussae varietatis craniorum gentilitiae.

Ossa quidem omnium corporis humani partium similarium solidissimae sunt et maxime stabiles, utpote quae reliquis solidis tanquam fundamenta et fulcra substrata inhaerent.

Attamen nihilo minus multo magis quam partes corporis molles perpetuis mutationibus obnoxias esse tum physiologica experimenta tum pathologica phaenomena aperte docent.

Deli-

o) *Decade tertia* tab. 29.
p) ibidem tab. 30.

Deliquescunt continuo, etsi insensili modo, elementa ossium et resorbentur; nova contra ex purpureo sanguinis fluento secreta et eorum loco deposita denuo solidescunt et jacturam reparant.

Perficitur ergo continua hacce materiei osseae permutatione quod jam inde a prima ossium formatione inchoatum est, ut nempe ipsa vicinis se accommodent partibus, et earum actione quodammodo formentur et effingantur.

Evidentissime praesertim hoc patet in capitis ossei aetate provectioris configuratione. Tunc enim basis cranii interna ectypum quasi refert loborum et gyrorum cerebri cui adaptatum erat: exterior vero facies ossea haud inficianda exhibet vestigia tum actionis musculorum tum universi vultus cujus generalem habitum et rationem satis facile ex cranio denudato hariolari licet.

Quod-

Quodsi ergo verum est, ut quidem videtur verissimum, climatis magnam esse in faciem gentilitiam potentiam, (§. 57.) per se quidem patet eidem caussae etiam magnas esse partes, etsi magis mediatas, ad formam craniorum gentilitiam, praesertim quod ipsa faciei ossa attinet, constituendam.

Attamen et praeter istam caussam principem alias quoque tanquam accessorias, ut violentiorem et diu continuatam pressionem etc. in ipsis hisce *faciei ossibus* locum habere posse, mihi quidem non improbabile videtur. Superbit v. c. collectio mea liberalitate perillustris Banksii rarissimo cranio Novo-Hollandi *q)* ex vicinia sinus botanici *(Botany-bay)* praeter alia singulari planitie maxillae superioris ubi dentes superiores et canini insident, conspicuo. Jam vero

q) Decade tertia tab. 27.

vero notum est barbaris istis paradoxum morem esse ligno transversali nasi sepimentum perforandi et tanquam pessulo nares sibi ita obturandi ut non nisi ore aperto spirare ipsis liceat. Credibile ergo perenni obicis hujus transversi pressura planitiem istam sensim effici.

Multo frequentius autem *ossa plana calvariae* diutino pressu peculiarem et passim quidem itidem gentilitiam conformationis mutationem patiuntur, sive a communi quarundam nationum more infantes in incunabulis collocandi, sive a violentiore encheiresi, studio diu continuata, profectam.

Hinc Vesalius suo aevo Germanos compresso plerumque occipitio et lato capite spectari ajebat, quod pueri in cunis dorso semper incumbant.

Bel-

Belgis vero oblongiora caeteris tribuebat capita, quod matres suos puerulos fasciis involutos, in latere et temporibus potissimum dormire sinant.

Hinc quoque barbari Americani circa Carolinam meridionalem ad novam Mexico usque calvaria depressa insignes sunt, quam infantibus declivi situ in cunis contrahunt, quorum vertex imo vero universi corporis pondus immobiliter sacculo arena infarcto incumbit *r)*.

Quod

r) v. Adair's *history of the North-American Indians:* pag. 9. "*they fix the tender ,,infant on a kind of cradle, where his ,,feet are tilted, above a foot higher than ,,a horizontal position; — his head bends ,,back into a hole, made on purpose to receive it, where he bears the chief part ,,of his weight on the crown of the head, ,,upon a small bag of sand, without being ,,in the least able to move himself. By ,,this pressure and their thus flattening ,,the crown of the head, they consequently make their heads thick and their faces ,,broad.*"

Quod vero alia artificia attinet capita neonatorum infantum pressione manuum aut vinculis aliisque instrumentis in gentilitiam quandam formam redigendi, ea apud antiquissimas gentes aeque ac apud hodiernas, inter nostrates aeque ac inter remotissimas nationes, in usu ſuisse constat *s)*.

Relatum enim accepimus istiusmodi ritus sollemnes hodienum esse, aut quondam ſuisse, quarundam Germaniae provinciarum incolis *t)* tum Bel-

s) „*nos têtes seroient mal de la façon de* „*l'auteur de notre être: il nous les faut* „*façonnées audehors par les sages-femmes et au-dedans par les philosophes.* — „*les Caraibes sont de la moitié plus heureux que nous.*" J. Jacqu. Rousseau, *Emile* T. I. p. m. 19.

t) de Variscis hodiernis cl. J. Chr. Gottl. Ackermann in cl. Baldinger *neuen Magazin für Aerzte* T. II. pag. 506.

de Hamburgensibus sui temporis v. Laurembergii *pasicompse* pag. 63.

Belgis *u)*, Gallis *w)*, Italis quibusdam *x)*, Graecis Archipelagi insulanis *y)*, Turcis *z)*, priscis Siginnis *a)*, et Macrocephalis ad pontum Euxinum *b)*, hodiernis Sumatranis *c)*, Nico-

u) Spigel *de humani corporis fabrica* pag. 17.

w) de Parisinis v. Andry, *orthopédie* T. II. pag. 3.

x) de Genuensibus v. c. v. Vesalius *de corporis humani fabrica* p. m. 23. Spigel l. c.

y) nominatim de Chiis retulit mihi avtoptes, carus mihi quondam auditor, cl. Philites M. D. Epirota.

z) docuit me Perill. de Asch litteris d. 20 Jul. 1788 datis, quaerere vulgo obstetrices Constantinopoli post partum e matre qualem neonato suo capitis formam optet? et ab Asiatis quidem eam praeferri, quae fascia transversa frontem et occiput arcte cingente efficitur, quia rubra capitis tegumenta quibus uti solent tunc melius insidere putant.

cfr. *Decadis craniorum primae* tab. 2.

a) Strabo L. XI. pag. 358. ed. Casaub.

b) Hippocrates *de aëribus, aquis et locis*, ed. Charter. T. VI. pag. 206.

c) cl. Marsden, *history of Sumatra* pag. 38.

Nicobaris *d)*, praesertim vero diversissimis Americae populis, v. c. accolis freti Nootka *e)*, Schactarum genti Georgiae indigenae *f)*, Waxsawis Carolinae *g)*, Caribaeis *h)*, Peruanis *i)*, imo et Aethiopibus liberis insularum Antillicarum *k)*.

Mirum

d) Nic. Fontana, in *Asiatick Researches* T. III. pag. 151.

e) v. Meares's *voyages* pag. 249.

f) Adair l. c. pag. 8. 284.
cfr. *Decadis craniorum primae* tab. 9.

g) Lawson's *history of Carolina* pag. 33.

h) (Oviedo) *historia general de las Indias*. Sevilla 1535. fol. pag. 25b.
Raymond Breton, *dictionaire Caraibe-françois*. Auxerr. 1665. 8. pag. 58. 92. 145. 289.
cfr. *Decadis craniorum primae* tab. 10 et tabulae huic opusculo subjunctae II. fig. 2.
it. *Decadis secundae* tab. 20.

i) Torquemada *monarchia Yndiana*. Sevill. 1615. fol. T. III. pag. 623.
de Ullòa *Relacion del viage para medir algunos Grados de Meridiano*. Madr. 1748. fol. T. II. pag. 533.

k) Thibault de Chanvalon *voyage à la Martinique* pag. 39.

Mirum sane extitisse nuper auctores qui totum hocce infantum capita fingendi artificium in dubium vocare ausi sunt *l)*; rem inquam, tanto testium oculatorum unanimi consensu evictam; ex qua pluribus Americae tum australis *m)* tum septentrionalis *n)* nationibus nomen natum est; quam jam ante ducentos annos in conciliis cleri Hispanici barbaris novi orbis interdictam novimus

l) v. Haller, Camper, Sabatier &c.

m) ,,*Le nom* d'Omaguas *dans la langue du* ,,*Pérou, ainsi que celui de* Cambevas *que* ,,*leur donnent les Portugais du Parà dans* ,,*la langue du Brésil, sigrifie* Tête-plate: ,,*eu effet, ces peuples ont la bizarre coûtume de presser entre deux planches le* ,,*front des enfans qui viennent de naître,* ,,*et de leur procurer l'etrange figure qui* ,,*en résulte, pour les faire mieux ressembler, disent-ils, à la pleine-Lune.*" de la Condamine in *Mémoires de l'acad. des sc. de Paris* 1745. pag. 427.

n) *Têtes de Boule* et *Têtes plates.* cfr. Charlevoix, *histoire de la nouvelle France* T. III. pag. 187. 323.

mus *o)*; cujus singula momenta curatissime descripta habemus, machinamenta et vincula *p)* quibus diutino et per annos continuato constanti et uniformi pressu gratam ipsis formam obsequiosae infantili calvariae inducunt; quibus omnibus denique ipsa barbarorum istorum crania Europam illa-

o) Jos. Saenz de Aguirre *collectio maxima conciliorum omnium Hispaniae et novi orbis;* ed. 2. Rom. 1755. fol. T. VI. pag. 204. ubi in historia Synodi tertiae dioecesanae Limensis a. 1585. d. 17 Jul. decretum ne Indi filiorum capita forment typis. — "*Cupientes penitus exstirpare* „*abusum, et superstitionem, quibus Indi* „*passim infantium capita formis imprimunt, quos ipsi vocant* C a i t o, O- „m a, O p a l t a; — *statuimus et* „*praecipimus* &c. &c." varias nempe in delinquentes poenas, ut v. c. mulier quae talia fecerit, "*frequentet doctrinam per* „*continuos decem dies mane et vesperi,* „*pro prima culpa; pro secunda vero per* „*viginti*" &c.

p) cfr. v. c. curatas icones vinculorum hujusmodi quibus Caribaei utuntur in *Journal de physique* m. Aug. 1791. pag. 132.

illata, et passim pridem iconibus exhibita *q)*, exactissime et ad amussim respondent.

Utut vero res ipsa extra omnem dubitationem posita sit, de eo tamen adhuc ambigendum quod inde ab Hippocratis temporibus saepius assertum legimus, peculiares istiusmodi craniorum formas studio primum et artificiis effictas et per longas generationum series continuatas et repetitas, temporis progressu demum hereditario quasi jure connatas esse et in alteram naturam abiisse.

Extat quippe in aureo Hippocratis opusculo quod de aëribus, aquis et locis inscribitur, celeber locus de macrocephalis, ponto Euxino vicina gente, de qua primo et principe statim loco disserit, ideo quod nulla omnino alia gens sit, quae similia capita

q) v. c. in *Mémoires de l'Acad. des sc. de Paris* 1740. tab. 16. fig. 1.

pita habeat. A principio quidem consuetudinem in caussa fuisse dicit, ut tam longis capitibus essent; postmodum vero naturam ipsam cum consuetudine conspirasse. Generosissimum autem apud macrocephalos putari, caput habere quam maxime longum. Et hoc quidem consuetudinis initium fuisse: quum recens adhuc ipsis natus fuerit infans, caput ejus adhuc cereum quasi aut udo et molli luto simile, quam celerrime constrinxisse manibus, coaptantesque coegisse in longitudinem augeri, quin et vinculis constrinxisse ac aptis instrumentis colligasse, quo rotunditas capitis prohibeatur ac longitudo augeatur. Eam consuetudinem tandem effecisse ut ejusmodi natura capitum existeret. Temporis vero progressu naturam quoque tales produxisse, ut non amplius necesse fuerit consuetudine priore cogere.

Singularis phaenomeni rationem ex celebri sua generationis hypothesi

si explicare studet Cous senex, quae a Buffoniana non multum abludit, et qua genitale liquidum ab omnibus corporis membris procedere et quasi defluere putabat, indeque formas partium, modulo quasi exceptas, ad foetus formationem congeri. Hincque contingere, ut ex calvis calvi gignantur, ex caesiis caesii et ex macrocephalis macrocephali.

Simile quid postmodum et de aliis gentibus Peruanis v. c. *r)* et Genuensibus *s)* memoriae proditum est.

In universum quidem rem hactenus adhuc in medio relinquo, et ad ea tantum provoco quae supra (§. 59.) occasione aliorum similium phaenomenorum protuli.

§. 64.

r) de incolis provinciae Portus veteris (Hisp. *Puerto viejo*) Cardanus *de rerum varietate* T. III. pag. 162. edit. Sponii.

s) Jul. Caes. Scaliger *comment. in Theophrastum de causis plantarum* pag. 287.

§. 64.

Dentium varietates aliquot gentilitiae, carumque caussae.

Craniorum formas proxime ordine excipiant dentium varietates nonnullae quibusdam in gentibus notatae.

Ita v. c. jam a. 1779. tam in fragmento medicati funeris Aegyptiaci, quam in integro mumiae cranio *t)* singularem dentium primorum anomaliam observavi, utpote quorum coronae non scalpriformes margine tenui instructae, sed crassae et conis truncatis similes, canini vero quoad coronam non nisi situ a vicinis bicuspidibus distinguendi erant. Eademque singularis plane conformatio etiam in aliis mumiis annotata est; ut in Cantabrigiensi *u)*, et Cassellana

t) v. *Decas craniorum prima*, tab. I.

u) Middleton, *monumenta antiquitatis*, Operum T. IV. pag. 170. "*dentes omnes* ,,*in*

na *w*); simile quid etiam in Stuttgardiensi *x*); imo vero et ipse cum ante biennium Londini versarer simillimos incisores in juvenili mumia reperi, quam pro humanitate sua solvendam mihi concessit possessor ejus cl. Jo. Symmons *y*). Quamquam autem vix monitu opus sit, in tanta seculorum serie qua mos cadavera condiendi in Aegypto invaluit, inque tam variorum ejus terrae dominorum et incolarum vicissitudine, magnam quoque mu-

„*in maxilla superiore firmiter adhuc in-*
„*haerentes reperiuntur; quod vero singu-*
„*lare et prodigii fere loco habendum, an-*
„*teriores s. incisores, non acuti illi qui-*
„*dem atque ad incidendum apti, sed per-*
„*inde ac maxillares lati plane atque obtu-*
„*si sunt.*"

w) cfr cl. Brückmanni archiatri Brunsuicens. relationem de ea mumia. Brunsuic. 1782. 4.

x) cl. Storr, *prodr. methodi mammalium* Tubing. 1780. 4. pag. 24.

y) *Philosophical Transactions* a. 1794. P. II. pag. 184.

mumias earumque crania intercedere debere varietatem, neque sanum quenquam in omnibus mumiis eandem quam innuimus dentium singularem formam expectare posse; memorabilis tamen varietas videtur et fortassis aliquando utiliter pro charactere distinctivo adhibenda, quo unius aevi aut gentis mumias a reliquis dignoscere licebit. Difficile quidem fuerit caussas peculiaris hujus conformationis eruere; non improbabile tamen videtur, magnam sane partem eandem victus rationi tribuendam esse, quem quidem veteribus Aegyptiis agrestem fuisse, caulibus ac radicibus constantem, expressis verbis Diodorus Siculus monet. Dentes hinc magis detriti; detritos vero aut studio obtusos crassitie contra increvisse, et in hominibus *z)* et in brutis *a)* annotatum.

Pon-

z) Birch's *history of the Royal Society* T. IV. pag. 3.

a) de dentibus exsertis eburneis elephanto-

Pondus accedit huic conjecturae observatione Winslovii *b)* qui in cranio Groenlandi ex canum insula *c)* similem dentium incisorum singularem

rum v. *Tranquebarische Missions-Berichte* Contin. CVI.

b) v. *Mémoires de l'Acad. des sc. de Paris.* 1722. pag. 323.

c) *Hond-Eyland*, adeo notissima est insula ad fretum Disko littoris occidentalis Groenlandiae, et in omnibus accuratis istius terrae mappis geographicis a Zorgdrageri inde temporibus obvia, ut plane me non intelligere profitear quid sibi voluerit Camperus quando Winslovium ignorantiae arguere et ex Hübneri geographia emendare ausus est, in qua nempe canum insula rectius ad oceanum pacificum sub tropicum capricorni &c., relata sit. Anne nescibat hancce australem insulam ab inventore Schoutenio a. 1616. in notissimo itinerario ut plane non habitatam describi, imo vero ab eo inde tempore a nullo quod sciam Europaeo denuo visitatam esse! cum contra borealis illa regio ex qua Winslovius cranium istud acceperat ab innumeris Europaeis balaenarum capiendarum caussa frequentetur.

rem crassitiem et cum molaribus similitudinem notavit, eamque modo quo barbari isti crudis vescantur carnibus, tribuit *d)*.

Respondent sane huic observationi dentes crassi et mire detriti in binis Eskimotarum craniis, quae ex colonia Nain terrae Labrador nuper ad me pervenerunt *e)*. Eskimotas enim

d) „*Les dents incisives sont courtes;* (verba sunt Winslovii) *elles sont larges de devant en arriere et plattes, au lieu d'être tranchantes, et ressemblent plus à des dents molaires, qu'à des incisives.*"

„*Mr.* Riecke (*qui avoit trouvé ce crâne*) *m'a dit que les habitants de cette Isle mangent de la chair toute cruë. — Ils font plusieurs mouvements extraordinaires avec la machoire, et beaucoup de grimaces en machant et en avalant. C'étoit principalement ce spectacle, qui porta Mr.* Riecke *à chercher quelque cadavre de ces insulaires pour voir, si leurs machoires et leurs dents avoient quelque conformation particuliére.*" &c.

e) v. *Decas craniorum tertia.* tab. 24. 25.

enim cum Groenlandis ad unum idemque stemma pertinere, et ipsum nomen eorum gentilitium a crudae carnis esu vulgo derivari, pridem notum est.

Quae varii auctores *f)* de Calmuccorum dentibus retulerunt, quod longiores sint et interstitiis majoribus distincti, ea, ut demum reperi, primitus, neque tamen accurate, ex Yvonis Narbonensis clerici relatione, anno 1243 concepta et infra adhuc pluribus tangenda, hauserunt, neque cum hodiernorum Mongolorum craniis quae in collectione mea servo, conveniunt.

Aliae denique proprietates dentium gentilitiae unice artificiis debentur; ut in Nigritarum quibusdam stemmatibus qui sibi dentes limando

f) cfr. v. c. Buffon, Erxleben &c.

do *g)* subularum in modum acuunt *h)*; aut in Malaicis nonnullis populis qui vitream dentium substantiam magnam partem delent *i)* aut praeterea sulcos quoque eidem insculpunt *k)* etc.

Simi-

g) van Linschoten *Schipvaert naer Oost* P. I. p. m. 60.
von der Gröben *Guineische Reisebeschreibung* pag. 51. 94.
Barbot in Churchill's *collection of voyages* T. V. pag. 139 143. 285.
Schotte in *Philosophical Transactions* T. LXXIII. P. I pag. 92.
Report of the Lords of the Committee of Council for the consideration of Slave Trade. fol. L. et M.

h) Miror egregios quosdam auctores, ut Römerum et cl. Niebuhr hanc dentium deformationem artificialem pro naturali conformatione habuisse. v. Istius *Efterretning om Kysten Guinea* pag. 21. Hujus vero diss. in *Deutschen Museum* 1787. P. I. pag. 425.

i) de Philippinis Magindanai, v. cl. Forrest, *voyage to New-Guinea* pag. 237.
de Sumatranis, cl. Marsden pag. 46.

k) de Javanis, Hawkesworth's *collection of voyages* T. III. p. m. 349.

Simile quid ipse in Sinensibus quibusdam Javanis observavi qui sibi eandem substantiam a dentium primorum extremo margine studiose et aequaliter coticula detererant.

§. 65.

Aliae quaedam varietates gentilitiae respectu singularum corporis partium.

Principes hactenus indagavimus varietates diversarum gentium, sive in colore (tum cutis earum, tum capillorum et oculorum), sive in vultu et craniorum forma observabiles.

Nonnullae interim adhuc restant enarrandae quae alias corporis partes attinent, quanquam minoris passim momenti, neutiquam tamen sicco plane transeundae pede, quas itaque paucis sigillatim percurrere liceat.

Etiamsi vero non omnium causſae ac rationes aeque ad liquidum demonſtrari poſſint, nulla tamen erit tam ſingularis et plane aenigmatica quin comparando cum phaenomenis analogis, qualia ſuperiori ſectione in brutis animantibus obſervata congeſſimus, comprehenſu facilior reddatur.

§. 66.

Auriculae.

Notum eſt rei antiquariae ſtudioſis multa veteris Aegypti idola ſive aenea et figulina, ſive ex variis lapidum generibus aut ſycomori ligno exſcalpta, ſive denique in ſarcophagis picta, auriculis altioribus inſignia eſſe. Brevi manu hoc vitio artificum, artis delineandi imperitorum, tribuere placuit nupero auctori *l)*. Cui vero

l) *Récherches philoſophiques ſur les Egyptiens* T. I. pag. 212.

ro quo minus calculum adjiciam impedior egregio artificio et gustu quo plura eorum elaborata vidi, tum vero quod maxime in iis observaverim quae Indicum vultum prae se ferunt *m)*, similisque collocatio etiam in genuinis Indicorum hominum picturis, passim summo studio exaratis, reperiatur. In universum vero non major est ea diversitas quam ea qua et passim in varietatibus animalium domesticorum, equi praesertim et suis, auriculas situ et collocatione ab invicem differre videmus, imo vero quodsi in iisdem Aegyptiacis et Indicis figuris simul directionis aperturae palpebrarum, a nasi radice versus aures, rationem habemus, magnam partem auricularum altitudo non nisi a modo quo caput gestatur, occipitio nempe elatiore et mento depressiore, pendere videtur.

Pris-

m) v. *Philosophical Transactions* a. 1794. P. II. pag. 191. tab. 16. fig. 2.

Priscis quoque Batavis auriculas tum forma tum collocatione singulares fuisse tam ex locis veterum auctorum quam ex signis antiquis assertum legimus *n)*.

Ita et Biscaiae incolarum aures magnitudine insignes dicuntur *o)*.

Barbaris hominibus auriculas magis a capite distare, et mobiles esse vulgo notum est, multis quoque praesertim Indiae orientalis et maris pacifici stemmatibus appendicem auris variis artificiis vaegrandem et monstrose elongatam; cujusmodi paradoxus ritus hyperbolicis veterum auctorum fabulis de quorundam populo-

n) icones exhibent Smetii *antiquitates Neomagenses* pag. 70. et Cannegieter *de Brittenburgo, matribus Brittis* &c. pag. 144.

o) v. nobilis feminae (Comitissae D'Aunoy) *relation du voyage d'Espagne* T. I. p. m. 23. Vindicat auctoritatem operis desideratiss. Dieze in notis ad Puente, *Reise durch Spanien* T. II. pag. 271.

pulorum auriculis plane immanibus ansam praebuit.

§. 67.

Mammae.

Mammas barbararum quarundam gentium feminis, et quidem Africae *p)* praesertim et quarundam maris pacifici insularum *q)*, prolixas et pendulas esse, nube testium constat. Interim tamen monere oportet relationes eorum partim supra veritatem auctas videri *r)*: tum vero eundem habi-

p) cfr. v. c. de Aethiopissis, Fermin *sur l'oeconomie animale* T. I. pag. 117.
de Hottentottis, Kolbe pag. 474.

q) v. incolas insulae Horn apud Schouten in cl. Dalrymple *collection* T. II. pag. 58.

r) v. c. Towrsoni assertum in Hakluyt's *collection* T. II. pag. 26. de Nigritis ad fl. Sti Vincentii: "*Divers of the women „have such exceeding long breasts, that „some of them will lay the same upon the „ground and lie downe by them.*"

aut

habitum non omnibus ejusdem gentis feminis communem esse; dari enim et in oceani australis insulis feminas quam plurimas *s)* aeque ac tot Aethiopissas vel in Europaeis emporiis quotidie visendas mammillarum decora pulcritudine conspicuas: denique autem istam vastitatem neutiquam barbaris tantummodo nationibus propriam, verum etiam passim inter Europaeas v. c. quondam apud Hibernicas *t)*, et hodienum adhuc apud

aut Brucei de Shangallarum mammis in quibusdam earum fere ad genua usque dependentium, *Reisen nach den Quellen des Nils* T. II. pag. 546.

neque majorem fidem habeo Mentzelii narrationi de Tabaci crumenis ex mammis Hottentottarum confectis et magna copia ad caput bonae spei venalibus: *Beschreibung des Vorgebürges der guten Hoffnung* T. II. pag. 564.

s) cl. J. R. Forster, *Bemerkungen* &c. pag. 242.

t) Lithgow's *rare Adventures and painefull peregrinations* p. m. 433. — "*I saw in* „*Ireland's North-parts women travayling* „*the*

apud Morlachicas *u)* observatam esse.

Caussa maxime in more infantes dorso matris inhaerentes lactandi, partim etiam in diu et per plures annos continuata lactatione, quaerenda videtur. Imo vero passim etiam artificio elongatas fuisse mammas apud populos qui eam prolixitatem pulcram censuerint, relatum legimus *w)*.

Aliae

„the way, or toyling at home, carry their „Infants about their neckes, and laying „the dugges over their shoulders, would „give sucke to the Babes behinde their „backes, without taking them in their ar- „mes: Such kind of breasts, me thinketh, „were very fit, to be made money bags for „East- or West-Indian Merchants, being „more then halfe a yard long, and as well „wrought, as any Tanner, in the like „charge, could ever mollifie such Leather."

u) cl. Fortis, *viaggio in Dalmazia* T. I. pag. 81.

w) de incolis orae occidentalis Africae, inter promontorium album et Senegam fl.

Cada-

Aliae gentes amplitudine et turgore mammarum conspicuae, ut Aegyptii; Juvenale jam

> „In Meroë crasso majorem in-
> ſante papillam"

tanquam rem vulgarem et omnibus communem memorante. Imo non mulieres tantum sed et viri aegyptii mire mammosi dicuntur *x)*.

Inter Europaeas nationes Lusitanae ſeminae mammas amplissimas prae se ferunt *y)*, cum contra Hispanicis tenues sint et exiles, quas prae-

Cadamosto in Ramusii collectione T. I. p. m. 100.

cfr. Lamiral, *l'Afrique et le peuple Afriquain*. Par. 1789. 8. pag. 45. — '*au „Sénégal les jeunes filles font leurs efforts „pour faire tomber leur gorge afin qu'on „les croye femme et qu'on les respecte davantage.*"

x) Alpinus, *historia naturali Aegypti* T. I. pag. 14.

y) referente mihi cl. Abildgaard ex itinere Lusitano nuper reduce.

praeterito certe seculo studio comprimere et incrementum earum impedire curabant *z)*.

Contraria cura ambitum mammarum augeri posse nullum dubium est; quantum vero praeterea Venus quoque praematura eo conferre possit memorabili sane exemplo impuberes et nondum adultae puellae mercenariae docent quae Londinum, praesertim ex vicinis maxime suburbiis, confluunt, et quaestum corpore facientes ingenti numero plateas noctu pervagantur.

§. 68.

Genitalia.

Linnaeo quidem in prolegomenis systematis naturae «genitalium curiosior indagatio abominabilis displicet:» progressu tamen laboris aliter

z) Comitissa D'Aunoy l. c. T. II. pag. 128.

aliter eum sensisse evidenter terminologia ejus conchyliorum, imo vel instar omnium venus dione docet, lubrico sane stilo metaphorico ab eo depicta. Ignoscent ergo manes viri summi si et hic, quae de gentilitiis quibusdam varietatibus genitalium memoratu digna visa sunt, succincte enarravero.

Nigritas mentulatiores esse vulgo fertur. Respondet sane huic asserto insignis apparatus genitalium Aethiopis quem in supellectile mea anatomica servo. Num vero constans sit haec praerogativa et nationi propria, nescio *a)*. Venere ardentes femi-

a) Idem de Scotis septentrionalibus qui nunquam braccati incedunt praedicabat cl. Faust, *wie der Geschlechtstrieb der Menschen in Ordnung zu bringen.* pag 52.

De his vero minus recte hoc assertum esse, auctoritate gravissima docui in *medicinische Bibliothec* T. III. pag. 413.

feminas amplexus Nigritarum aliis praeferre, dictum est *b)*.

Vice versa etiam Aethiopissas *c)* et Mulatas *d)* maxime ab Europaeis expeti, relatum accepimus. Caussam praestantiae, quae varia esse potest, ignoro.

Anne in eo similes Mongolicis *e)* et Americanis *f)* nonnullarum gentium feminis de quibus praedicatur quod arcta servent muliebria etiamsi nuptae fuerint imo pepererint.

Con-

b) v. Saar, *Ostindische Kriegsdienste* p. m. 45.

c) Chanvalon, *voyage à la Martinique* p. 61.
Sparrmann. *Reise nach dem Vorgebürge der guten Hoffnung* pag. 72.

d) v. *de Werken van* W. V. Focquenbroch T. II. pag. 421.

e) cl. Georgi. *Beschreibung aller Nationen des Russischen Reichs* P. II pag. 220.

f) v. Vespucci, *Lettera a Lorenzo de' Medici* pag. 110 edit Bandini.
Riolani fil. *anthropographia* p. m. 306.

Contrariam huic pudendorum rationem Kamtſchadalicis ſeminis tribuit Steller *g)*.

Idem plures earum nymphis prolixis et propendentibus insignes eſſe aſſerit; quas in Hottentotticis mulieribus in dactyliſormes appendiculas abire nonnulli ajunt *h)*. Rectius tamen hic *sinus pudoris*, ut Linnaeus vocabat, in elongatione ipſorum labiorum consiſtere videtur *i)*, quam quidem artificio deberi ſertur *k)*; et quae fabuloso ventrali cutaneo anſam

g) *Beschreibung von Kamtschatka* pag. 299.

h) cfr. W. ten Rhyne, *de promontorio bonae spei.* Scafus. 1686. 8. pag. 33.

i) v. Hawkesworth's *collection* T. III. p. m. 388.

Varias icones hujus *Sinus pudoris* in capite bonae spei ad ipsam naturam factas debeo liberalitati perill. Banksii. In una earum labia ita elongata 6 pollices cum dimidio, mensurae Rhenolandicae, aequant.

k) v. le Vaillant, *voyage dans l'intérieur de l'Afrique* p. m. 371.

sam praebuit, quod ab abdomine dependens *l)* obscenas harum feminarum partes obtegere creduli auctores putabant *m)*.

§. 69.

C r u r a.

Porro crurum proportione et habitu aliquam quibusdam gentibus varietatem esse novimus. Ita v. c. Indi longitudine crurum insignes sunt *n)*, Mongoli contra brevitate eorum *o)*. Hi-

l) v. iconem apud F. Leguat, *voyage et aventures* T. II. tab. 13.

m) Voltaire fabuloso hocce ventrali cum aliis ejusdem ponderis argumentis utitur ut demonstret Hottentoticam gentem non ad eandem cum Europaeis hominum speciem referri posse. *Lettres d'Amabed* Oper. T. XLV. p. m. 224.

n) De la Boullaye - le - Gouz, *voyages et observations* pag. 153.
cl. Kant in cl. Engel *Philosoph für die Welt* T. II. pag. 155.

o) Yvo Narbonensis in Matthaei Paris *historia majore*, ex edit. Watsii pag. 530.

Hibernis ſeminis ſemora amplissima esse dicuntur *p)*.

Novo-Zelandis crura adeo crassa tribuuntur ut oedematosa videantur *q)*.

Alii curva et deformia eadem esse antipodibus hisce nostris ajunt, haecque vitia ipsis positura qua sedere solent, contrahi *r)*.

Incurva vero crura apud Calmuccos frequentissima tum a ratione cunarum infantilium, tum ab equitatione cui a tenella jam juventute asuescunt, derivantur *s)*.

Mire deformes describuntur pedes incolarum terrae *del Fuogo t)* quos

p) Twiſs's *Tour in Ireland* pag. 39.

q) Monneron apud de la Borde, *histoire de la mer du Sud* T. II. pag. 97.

r) G. Forster's *voyage round the world* T. II. pag. 480.

s) cl. Pallas *über die Mongolischen Völkerschaften* T. I. pag. 98.

t) cl. J R. Forster *Bemerkungen* pag. 225. „*die Füsse haben kein Verhältniſs zu dem* „*Ober-*

quos cl. Bougainville Pescheras appellavit *u)*.

Praesertim vero Africae quibusdam populis deformationem crurum pedumque gentilitiam esse, veteres jam annotarunt, maxime de Aegyptiis *w)* et Aethiopibus *x)* ac servis Nigritis *y)*. In hodiernorum servorum nigrorum cruribus triplicis generis vitia distinguere oportet, diversis quo-

„Oberleibe; die Schenkel sind dünn, und „hager; die Beine gekrümmt, die Knie „ausgedehnt, die Zehen einwärts ge„kehrt."

u) *Voyage autour du monde* pag. 147. — *„nous les avons nommés* Pécherais, *parce„que ce fut le premier mot qu'ils prononcerent en nous abordant, et que sans cesse „ils nous le répétoient."*

w) Aristoteles, *problematum* 5. 14. pag. 431. ed. Casauboni.

x) Virgilii *moretum* vers. 35 sq. cfr. conjunctiss. Heyne notae ad h. l. T. IV. operum Virgilii p. m. 215 sq.

y) Petronii *satyricon* c. 102.

quoque caussis tribuenda, valgam scil. curvationem *z)* (gall. *jambes cambrées*), tum invenustam crassitiem *a)*, denique rimas et fissuras quibus frequenter dehiscere dicuntur *b)*.

Cur-

z) cl. Soemmerring *über die körperliche Verschiedenheit des Negers* &c. pag. 40.

Chanvalon *voyage à la Martinique* pag. 58. — "*cette forme des jambes courbées est assez commune aussi parmi les Americains, mais elle est quelquefois moins sensible que parmi les Negres.*"

a) Albr. Dürer *von menschlicher Proportion* fol. T. 3. ed. 1528. — "*der Morn ire schinbeyn mit dem knie unn füſs sind zu knorret nit so gut zu sehen alſs der weyssen.*"

Ramsay *on the treatment and conversion of African Slaves* p. 217.

b) Allatum mihi est m. Jan. 1789 crus dextrum recens, ceteroquin sanissimum Aethiopis pridie Cassellis defuncti, cujus partem adhuc supellex mea anatomica servat, epidermide plantae pedis mirum in modum crassa, rimosa et in multifidas lamellas dehiscente.

Curvatio illa maxime posituræ tribuenda videtur, qua infantes lactentes dorso matris inhaerentes genubus suis arcte innituntur *c)*. Nonnullae id genus deformitates passim etiam morbosas caussas agnoscunt *d)*.

Crassitiem pedum (nisi itidem subinde ad pathologiam referenda fuerit) improbo et perpetuo labore contrahi posse, probabile est.

Fissuras denique quibus callosa epidermis praesertim in planta pedis aethiopum dehiscere solet urente arenoso solo contrahi vix est quod dubites *e)*.

§. 70.

c) Chanvalon l. c.

d) Fr. Allamand in *novis actis academiae naturae curiosorum* T. IV. pag. 89.

e) v. Hier. Mercurialis *de decoratione* p. m. 103.

§. 70.

Pedes manusque.

Denique et manus pedesque quibusdam gentibus pro portione singulariter parvos esse curati observatores notarunt.

Fertur hoc v. c. de Indis *f)*, Sinensibus *g)*, Kamtschadalis *h)*, Eskimotis *i)*, Peruanis *k)*, Novo-Hollan-

f) „*it has been observed of the arms of the* „*Hindoos frequently brought to England,* „*that the gripe of the sabre is too small* „*for most European hands.*" cl. Hodges, *Travels in India* pag. 3.

g) Dampier, *suite du voyage autour du monde* pag. 100
de la Barbinais, *voyage autour du monde* T. II pag. 62.
Osbeck's *Ostindisk Resa* pag. 171.

h) Steller l. c.

i) v. post H. Ellis, Dav. Cranz &c. egregius astronomus cl. Wales in *philosophical Transactions* T. LX. pag. 109. et cl. Curtis ibid. T. LXIV. pag. 383.

k) cl. de Ulloa *Nachrichten* &c. T. II. pag. 92.

landis *l)*, et Hottentottis *m)*.

Passim artificia huc conferre, Sinenses feminae struthopodes docent. Verum et vitae generis *n)* victusque rationem iniquam *o)* in culpa esse posse, verosimillimum videtur.

§. 71.

l) Watkin Tench's *Account of the Settlement at Port Jackson* pag. 179.

m) cl. Sparrmann l. c. pag. 172.

n) „*An* (American) *Indian man is small in* „*the hand and wrist, for the same reason for which a sailor is large and strong* „*in the arms and shoulders, and a porter* „*in the legs and thighs.*" Jefferson in Morse's *American universal Geography* T. I. pag. 87.

o) v. Tench l. c. ex observatione gubernatoris Capensis: — "*colonel* Gordon *told* „*me that it indicated poverty, and inadequacy of living. He instanced to me the* „*Hottentots and Caffres; the former fare poorly, and have small hands and feet;* „*the Caffres, their neighbours, live plenteously, and have very large ones.*"

§. 71.

Varietates gentilitiae respectu staturae.

Absolutis hactenus quae de relativa proportione et conformatione singularum partium memoratu digniora visa sunt, jam etiam totius staturae varietatem succincte indagare oportet, quo quidem disquisitionis anthropologicae capite vix aliud fabellis et hyperbolicis superlationibus pravaque interpretatione magis deturpatum accepimus; quae tamen hodienum magnam partem adeo refutata aut explanata et ad genuinos fontes reducta sunt ut vix ulteriore mentione, ne dicam per curas renovatas iterata disquisitione, egeant.

Ita v. c. pygmaeis veterum Aethiopicis non nisi symbolicam gradunm in Nilometro significationem subesse, demonstratum est.

Ita

Ita ossa vaegrandia passim nostro sub coelo effossa quae praejudicata opinio quondam gigantibus tribuerat, curatiore osteologico studio belluis restituta sunt *p)*. et s. p.

Con-

p) Mirum sane nuperis temporibus Buffonium plura istiusmodi belluarum ossa fossilia diversis temporibus et locis eruta, T. V^to *Supplementi* classici sui operis, denuo gigantibus tribuere potuisse. v. c. ea quae a. 1577 prope Lucernam effossa sunt et hodienum in curia istius urbis servantur, ubi ipse ea lustravi et primo intuitu elephantina esse agnovi. Meritissimus contra medicus, immo vero egregius anatomicus, Felix Plater, tum temporis cum ea monumenta geognostica effossa erant, studiosissime ea emensus est et contemplatus, ipsaque ad humanum gigantem 17 pedum longitudinis pertinuisse summa fiducia declaravit, et mirandam picturam colossalem humani sceleti tantae magnitudinis, curatissime fieri fecit, quae in collegio societatis Jesu Lucernae adhuc visitur: memorabili sane exemplo quantum et in tanto viro fuerit imperium praejudicii, quando semel altas in mente radices egit, in ipsam sensuum evidentiam.

Contra vero omnes quae nobis supersunt reliquiae et antiquaria supellex ex quibus staturam priscarum gentium aestumare licet, ut mumiae, ossa et praesertim dentes humani in antiquissimis sepulcretis et urnis reperti *q)*, armamenta etc. eo conveniunt ut et eas gentes vix ac ne vix quidem statura sua hodiernas superasse censendum sit.

Est quidem et inter has non infitianda diversitas gentilitia. Procera v. c. statura inter Europaeas gentes Scanis aut quarundam ditionum Helvetis, v. c. Suitensibus; humilior Lapponibus; in novo orbe majora corpora Abiponibus; humiliora Eskimotis; neutra tamen modum excedentia; et

q) Debeo v. c. liberalitati perill. Bozenhard, consulis generalis Caesarei apud Danos, calvariam et alia ossa provectae aetatis hominis haud ita pridem in antiquissimo tumulo Cimbrico reperta, proportione vero et magnitudine vulgari staturae nostratium nihilum cedentia.

et in universum nulla inter hodierni orbis nationes respectu staturae varietas tam enormis, quin ex vulgatis degenerandi modis et analogis phaenomenis in aliis animantibus mammalibus observandis, explicatu satis facilis *fiat*.

Binas tantum ejusmodi varietates seorsim tangere oportet, quarum altera excessu altera defectu a statura vulgari humani generis, mirum quantum abhorrere nuperis adhuc temporibus dicta est. Gigantei inquam Patagones Americae maxime australis, et pygmaei Quimotae *(Quimos)* crediti insulae Madagascar monticolae.

§. 72.

Patagones.

Est in extremo Americae australis ad euronotum sitae continente, natio, quae inde a Magalhaensii periplo

riplo Europaeis innotuit, qui nomen ipsi compositum indiderunt Pata-gonum, quod scil. eos vicinis *Chonis* cognatos censebant, pedes autem eorum pellibus cameli guanaco involuti brutorum hirsutis pedibus, quos *patas* hispanice vocant, similes essent. Proprium vero et indigenum ipsis nomen *Tehueletarum*.

De hisce ergo vulgo sic dictis Patagonibus primus Anton. Pigafetta itineris Magalhaensii socius in narratione sua finxit esse gigantes Europaeis statura duplo majores *r)*. Ab eo inde tempore per bina cum dimidio secula, relationes de itineribus ab Europaeis in istam novi orbis plagam institutis tam mira inconstantia quoad notitias de Patagonibus sibi invicem repugnant et contradicunt, ut, instar omnium, exemplo monitorio ad

r) v. Ej. *viaggio atorno il mondo* ap. Ramusium T. I. (edit. 4.) pag. 353 b.

ad cautionem et diffidentiam in usu itinerariorum esse possint.

Adeant quorum interest diversas istas relationes et anthropologorum de iisdem sententias perlustrandi et comparandi, infra citatam auctorum decadem *s)*. Nobis vero in praesentiarum sufficiat ea tantum consectaria proponere quae omnibus invicem pon-

s) *Buffon*, *histoire naturelle*, T. III. et *Supplement*, T. V.
(De Brosses) *histoire des navigations aux terres australes* T. I.
(cl. de Pauw) *Recherches ſur les Americains* T. I.
cl. Ortega, in *viage del comand.* Byron *al rededor del mundo, traduc. del Ingles.*
Robertson's *history of America* T. I.
cl. Zimmermann *geographische Geschichte des Menschen* T. I.
cl. J. R. Forster *Bemerkungen.*
(Com. Carli-Rubbi) *Lettere Americane* T. I.
(cl. Pennant) *of the Patagonians.*
Relacion del ultimo viage al Estrecho de Magallanes en 1785 *y* 86.

ponderatis et critica ſace lustratis, verisimillima videntur.

Stirps ergo est hominum neutiquam gigantea longitudine etsi procero corpore et magis adhuc lacertoso et toroso habitu *t)* conspicuorum. Proceritatis mensuram quidem in tanta relationum variante ambiguitate neutiquam certo deſinire licet; ex auctoritate testium ſide dignissimorum tamen vix ultra dimidium supra sextum pedem mensurae anglicae ascendit: quae eo minus pro prodigio habenda, cum et aliis Americae (praesertim australioris) stirpibus

t) Tales enim uno ore a veracissimis autoptis describuntur.

Tales quoque erant qui Sec. XVIto ad finem vergente in Hispaniam allati sunt; soli et unici, quantum ego quidem novi, quos Europa unquam vidit Patagones. vidit hos ipsos Sevillae, magnus et vere classicus peregrinator van Linschoten, et de iis dicit: — "*waren wel ge-„statueert ende grof van leden*" &c.

pibus indigenis staturam valde proceram esse pridem constet, maxime, sicubi, ut verisimillimum est, de iis valet quod de priscis Germanis Tacitus praedicat, nullis nempe aliis aliarum nationum connubiis infectos, propriam et sinceram et tantum sui similem gentem servare.

Nomades sunt aeque ac Terrae del Fuego incolae aliaeque Americae australis gentes errones; hinc non mirum si, ab Europaeis qui ad unas easdemque quidem istius terraé oras, sed diversis temporibus, appulerunt, non semper ejusdem procerae stirpis homines visi sunt.

Ab altera vero parte etiam non admodum difficile intellectu quomodo fabula de giganteis Patagonibus ortum ducere potuerit.

Primo enim animis inhaerebat vetus traditio de gigantibus orbis ve-

teris, quidni ergo prodigiorum in novo orbe avidi itineratores de iis quoque cogitassent cum revera proceros et lacertosos homines tum etiam mirae longitudinis sepulcra *u)*, et passim pone ea singularis magnitudinis ossa reperibant *w)*.

Acce-

u) cfr. Ed. Brown's *Travels* p. m. 50. — "*Mr.* „Wood, *who has made very accurate maps* „*of the ſtreights of Magellan &c. told me,* „*that he had seen divers graves in the Sou-* „*thern parts of America near four Yards* „*long, which surprized him the more,* „*because he had never seen any American* „*that was two Yards high, and therefo-* „*re he opened one of these long sepulchres* „*from one end to the other, and found* „*in it a man and a woman, so placed,* „*that the woman's head lay at the man's* „*feet, and so might reasonably require* „*a Tomb of near that length.*"

w) equorum scil. quorum sceleta prope sepulcreta cognatorum erigunt. v. Falkner, *Beschreibung von Patagonien* p. m. 149.

In universum vetustissimus mos, et qui apud diversissimas gentes invaluit, equos heroum simul cum horum funere inhumandi, postmodum errori ansam prae-

Accedere poterat in Hispanis consilium, ejusmodi relationibus alias Europaeas gentes a navigatione per fretum Magellanicum deterrendi *x)*; in his vero tum panicus terror, tum jactandi libido, qualis et currente adhuc seculo auctorem belgicae narrationis de Roggeweinii periplo induxit ut paschatis insulae in mari pacifico incolas pro gigantibus duodecim

praebere potuit ut ista equina ossa pro giganteis haberentur.

Ita v. c. in Sibiricis vetustissimis sepulcris equorum ossa inveniuntur: v. I. G. Gmelin, *Reisen* T. III. pag. 313.

Imo et in christianorum equitum sarcophagis, medio quod vocant aevo in templis sepultorum, praeter ipsorum sceletos et arma, equina quoque ossa passim reperta sunt. v. Dorville, *Sicula* pag. 148.

x) v. Jo. Winter in Hakluyt's *collection* T. III. pag. 751.

it. Sir John Narborough's *voyage to the Streights of Magellan* p. m. 90.

cim pedum longitudine venditaret *y)*.

§. 73.

Quimotae.

Vetus est fama praeterito jam seculo a classico auctore Steph. Flacourt pro fabuloso figmento declarata, dari in montosis interioribus insulae Madagascar gentem, statura quidem pygmaeam, animo vero mire bellicosam, reliquis incolis subitaneis invasionibus molestam etc. *Quimos* istos homunciones vocabant s. *Kimos*.

Defen-

y) v. Anon. *tweejaarige Reyz rondom de wereld* Dordr. 1728. 4.

Longe veracior et accuratior contra Behrenſius (professione libarius, *ein Lebküchler-Geselle*) qui eidem itineri interfuit, in *Reise durch die Süd-Länder und um die Welt*, Francof. 1737. 8. ubi pag. 87. paschatis insulae tunc primum detectae incolas vocat tantum "*wohlgestalt*, „*stark von Gliedern*".

Defensores hic rumor denuo nactus est nostris temporibus gubernatorem Modave et botanicum celebrem Commerson. Quodsi vero in relationibus eorum de iis discesseris quae uterque fando tantum accepit, et quae ipsa non una in re inter se repugnant, reliquum unice eo redit quod gubernator iste servam aliquam emerit pumilam, pro Quimota ipsi venditam, colore pallido, mammis depressis et brachiorum ad genua fere pertingentium longitudine conspicuam. At enim vero cl. Baro de Clugny qui per integrum fere mensem in eadem navi cum ipsissima hacce pygmaea versatus est luculenter monstravit non nisi mala conformatione et morbosa constitutione eam nanam fuisse, macrocephalam, stupidam, et quae confusam vocem redderet etc. quibus omnibus ego quidem fere persuadeor ut valetudinem ejus ad Cretinismum referam, cum haec symptomata in Cretinis occurrant; ita ut

 et

et brachiorum longitudo in multis eorum et nominatim in Salzburgensibus expressis verbis ab observatoribus notata sit.

Contra cl. Sonnerat universam eam traditionem acute ita interpretatus est, ut de *Zaphe-Racquimussis* intelligenda sit, senis nempe principibus stirpis quae istius insulae provinciam Manatan inhabitat, quos quidem principes ab auctore stemmatis derivant qui pumilio fuerit, quod et barbarum nomen modo dictum innuit *z)*.

§. 74.

z) cl^{mo} Pallas ortum duxisse videntur Quimotae ex hybrida quadam generatione. v. Ej. *Observations sur la formation des montagnes* pag. 14. ubi de Aethiopum origine: — "*il n'est point nécessaire de recourir ici à une mésalliance de l'espèce humaine, comme il semble qu'en est arrivée une pour produire les montagnards longi-manes ou Quimos du Madagascar.*"

et brachiorum longitudo in multis eorum et nominatim in Salzburgensibus expressis verbis ab observatoribus notata sit.

Contra cl. Sonnerat universam eam traditionem acute ita interpretatus est, ut de Zaphe-Racqu[illegible]sis intelligenda sit, senis nempe principibus stirpis quae istius insulae provinciam Manatan inhabitat, quos quidem principes ab auctore stemmatis derivant qui pumilio fuerit, quod et barbarum nomen modo dictum innuit z).

§. 74.

z) cl[mo] Pallas ortum duxisse videtur Quimotae ex hybrida quadam generatione. v. Ej. Observations sur la formation des montagnes pag. 14. ubi de Aethiopum origine: — "il n'est point nécessaire de recourir ici à une mésalliance de l'espèce humaine, comme il semble qu'en a [illegible] une pour produire les [illegible] des longi-manes ou Quimos de Madagascar.

§. 74.

De caussis staturae gentilitiae.

Dantur itaque neque gigantum integrae gentes neque pygmaeorum. Varietas autem staturae gentilitia quam supra (§. 71.) tetigimus arctioribus pro portione limitibus circumscripta videtur, quam quae inter alia animantia domestica passim observatur (§. 29.): et ex iis quae de caussis degenerandi exposita sunt, haud difficulter intelligi poterunt.

Conferre siquidem huc clima (§. 34.) vel praeter tot alia argumenta Lappones docent cum Hungaris collati, quae binae unius stemmatis coloniae vario sub coelo variam quoque staturam adeptae sunt.

Victus (§. 35.) quoque magnam esse potentiam ad staturam sive augendam sive imminuendam physiologia aperte docet.

Hinc v. c. procerum corpus nobilium Otaheitae incolarum victui cui indulgent lautiori tribuitur *a)*.

Contra barbararum quarundam gentium staturam per generationum series sensim decrevisse postquam abusui aquae vitae s. spiritus ardentis adsuetae sunt, relatum accepimus *b)*.

Porro et pubertatis terminus variis gentibus varius hic nominandus venit, eatenus sane ad staturam gentilitiam faciens, ut, qui diutissime impuberes permanent, hacce continentia (quod pridem de priscis Germanis notavit Caesar) staturam alant; cum contra praematuram venerem proceritati corporis obesse ab acutissimis auctoribus vario et remotissimo sub

a) v. cl. J. R. Forster, *Bemerkungen* p. m. 236.

b) De accolis barbaris freti Hudsonis, v. H. Ellis *Reise nach Hudson's Meerbusen* pag. 201. Umfreville *über den gegenwärtigen Zustand der Hudsonsbay* pag. 21.

sub coelo uno consensu observatum sit *c)*.

Conservatur porro gentibus statura propria, si minime aliarum adventibus et hospitiis miscentur: uti ab altera parte sensim gentilitia statura per generationum series mutatur postquam aliarum nationum, alius staturae, connubiis infectae sunt *d)*.

Denique vero et hereditariae dispositioni magnam esse potestatem in staturam prolis, haud inficianda exempla docent familiarum aut proceritate aut humilitate staturae insignium.

§. 75.

c) cfr. v. c. post tot alios, de Kamtschadalis, cl. Behm in Cook's *voyage to the northern hemisphere* T. III. pag. 372.
de Otaheitis, Cook in Hawkesworth's *collection* T. II. p. m. 187.
de Sumatranis, cl. Marsden pag. 41.

d) Maupertuis, *Venus physique* p. m. 131.

§. 75.

Varietates generis humani fabulosae.

Infinita sunt quae inde ab Herodoto ex variis fontibus, Aristeo maxime, Ctesia et Megasthene, a Cosmographis narrata accepimus de gentibus monstriferae plane figurae, Arimaspis v. c. unoculis; Cynamolgis, caninis capitibus; Monoscelis, singulis cruribus; sylvestribus hominibus ad Imaum, aversis post crura plantis; etc. *e)*.

His quidem diutius immorari non hujus loci est; etsi ceterum nec utilitate nec voluptate careat indagatio rerum, quae hujusmodi figmentis ansam praebuerint; valet enim et in anthropologico hocce studio quod de reliqua historia naturali constat, vix ullam in ea unquam relatam fuisse fabel-

e) cf. Jo. Alb. Fabricii diss. *de hominibus orbis nostri incolis* &c. Hamb. 1721. 4.

ſabellam tam abſurdam et ineptam, quin veri aliquid eidem ſubeſſe reperiatur, hyperbolica tantum exaggeratione aut prava interpretatione deturpatum *f)*.

Unicum tamen ex prodigiorum iſta farragine in medium proferre liceat exemplum, toties ſcil. repetitae famae de *gentibus caudatis*, utpote quas a multifariis et longe diverſae aetatis auctoribus iterum iterumque aſſertas accepimus *g)*.

§. 76.

De gentibus caudatis rumor.

Et primus quidem Plinius, poſt eum Ptolemaeus et Pauſanias caudatarum

f) ita v. c. conjunctiſs. Heyne fabuloſas relationes de hermaphroditis Floridae ad genuinos fontes revocavit in ***Commentation. ſoc. reg. ſcient. Gottingens.*** T. I. pag. 39.
g) Nuperrimus caudatorum hominum patronus et aſſertor extitit cl. Monboddo in intro-

tarum Indiae gentium mentionem ſecerunt; tum medio quod vocant aevo denuo assertae a Geographo Nubiensi, Marco Polo Veneto, aliis: recentioribus denique temporibus plures itinerum auctores similia retulerunt de variis Indici archipelagi insulanis caudatis *h)*; alii de ejusmodi Russiae cujusdam provinciae incolis *i)*; de aliis alii *k)*.

Curatius vero pensitatis hisce assertis exiguum ponderis ipsis inesse ſacile deprehenditur.

Pleri-

utroque opere, scil. *of the origin and progress of language* T. I. p. m. 234. et *antient Metaphysics* T. III. pag. 250.

h) v. praeter auctores mox citandos, Harvey *de generatione animalium* p. m. 10. de Borneensibus.

i) Rytschkow, *Orenburgische Topographie* T. II. pag. 34.
Falk, *Beyträge zur Kenntniſs des Russischen Reichs* T. III. pag. 525.

k) v. c. in ins. Terra del Fuego. v. tab. geograph. apud Alons. d'Ovaglie, *Relacione del Regno di Cile* Rom. 1646. fol.

Plerique auctores enim non nisi ſando ab aliis notitiam acceperant.

Tum vero negari nequit plerosque eorum testium qui avtopsiam rei jactant per se jam valde sublestae ſidei esse *l)*.

Porro autem ipsae eorum circa hoc momentum relationes, suspecto modo inter se variant *m)*.

Con-

l) v. c. de Nicobaricis, ineptarum fabellarum plenissima *Beskrifning om en Resa genom Asia*, *Africa* &c. af N. Matthss. Köping (*Skeps-Lieut.*) p. m. 131. quam tamen summae fidei relationem vocat Linnaeus, in litteris ad cl. Monboddo *of the origin of language* l. c.

Dav. Tappe, *15jährige ostindische Reisebeschreibung* pag. 49. de Sumatranis.

m) cfr. v. c. de Formosanis caudatis trigam testium, qui se ipsos avtoptas dicunt Jo. Strauss, Jo. Ott. Helbig, et El. Hesse.

Ille, *Reisen* p. m. 32. "*Ein Formo-* „*saner von der Sud-Seite mit einem* „*Schwanz*,

Contra vero cordatissimi et curatissimi earum regionum indagatores aut de monstroso isto prodigio silent; aut incolarum auctoritate freti nude pro fabuloso figmento declarant *n)*.

Alii denique expresse monent quid erroneae famae ansam praebuerit:

v. c. appendix pendula dorsalis vestimentorum *o)*;

aut

„Schwanz, einen guten Fus lang, und „rauch mit Haaren bewachsen."

Iste, in *Ephem. Naturae curiosor.* Dec. I. ann. IX. pag. 456. — "*caudae calvae „assimilabantur porcinis.*"

Hic, *Ostindische Reisebeschreibung* p. m. 216. — "*Unter andern unsern Sclaven bey dem Bergwerk hatten wir auch „eine Sclavin, welche gleich einer schändlichen Bestien mit einem kurzen Stiel „oder Ziegenschwanz über dem Hintern „ausgeschäudet war.*"

n) ita de Philippinicis cl. le Gentil, *voyages dans les mers de l'Inde* T. II. pag. 52.

o) Nic. Fontana *on the Nicobar Isles* in *Asiatik Researches* T. III. pag. 151.

aut simiae caudatae anthropomorphae *p)*.

Adeo ut ne unicum quidem extet *gentis* caudatae exemplum genuinum

p) Hinc vulgatissima icon, toties repetita, et vulgo pro homine caudato exhibita primitus non nisi genuinam simiam caudatam referebat; quam vero postmodum alter auctorum ab altero ita mutuavit, ut quivis fere simul paulo humaniorem eam redderet. Martini nempe in versione sua Buffoniani operis suam iconem ex Linnaei amoenitatibus depromsit; hic ex Aldrovando, hic ex Gesnero; qui ipse suam ex germanica quadam descriptione terrae sanctae desumsisse refert; cujus quidem auctorem tacet, quem tamen esse Bern. de Breydenbach facile agnovi; utpote qui in editione principe operis sui (*Reyſs in das gelobte Land*) Moguntiae 1486 impressa, animalium quorundam exoticorum in terra sancta sibi visorum figuras exhibet, et inter has ipsissimam quoque de qua agimus, iconem, satis accuratam, simiam referentem vere *quadrumanam*, hallicibus nempe a reliquis digitis pedum remotis &c. quae vero postmodum delineatorum qui apographum sumebant, incuria, demum in humanam figuram *bimanam* transmutata est.

num plurium fide dignorum testium avtoptarum consensu firmatum; imo ne quidem unius saltem *familiae* quae monstrosa ista anomalia insignis fuerit, cum tamen alias exempla familiarum monstrificarum, quibus v. c. sexti digiti exuperantia per generationes hereditaria est, in vulgus nota sint.

De *singulis* vero hominibus, qui sparsim hinc illinc etiam inter Europaeos monstrosa ad coccygem excrescentia insigniti visi sunt, hic, non magis quam de innumeris aliis monstrosis partubus, sermonem esse posse, per se facile intelligitur.

§. 77.

Varietas gentilitia ex morbosa affectione.

Supra jam (§. 38.) de eo respectu dictum est, quo et morbosa intemperies habitum animalium, et maxime

me quidem colorem ita mutat, ut hereditaria dispositione per longas generationum series propagata, sensim in alteram quasi naturam abeat, et in nonnullis animantium speciebus singularibus et constantibus varietatibus ortum praebeat. Notissima excitavimus exempla varietatis niveae muris domestici et cuniculi, utpote quorum niveum vellus et roseae pupulae certo certius morbidae intemperiei, leucaethiopiae scil. debentur.

Eadem quidem affectio passim etiam in genere humano observatur. Verumtamen magis sporadice, certe nullibi tanta frequentia et constantia quanta in brutis quae modo diximus animantibus occurrit, qua nempe in peculiarem et copiosissimam varietatem eorum degeneravit.

Nihilominus tamen et humana ista leucaethiopia paucis tangenda est. Sed paucis inquam, ipsam eam

ob caussam quod in homine vix peculiarem varietatem constituere dicenda sit, tum et quod ea repetere pigeat, quae alias jam de memorabili isto morbo disputavimus *q)*.

§. 78.

Leucaethiopia humana.

Ad cachexias referenda videtur affectio; binis symptomatibus pathognomonicis iisque perpetuis conspicua.

Alterum horum symptomatum singulari cutis colore, vitiose albido, partim ad ruborem non naturalem accedente, imo et passim levioris leprae habitum prae se ſerente *r)*, tum vero pilorum et pubis albedine anomala

q) *commentation. soc. Reg. scientiar. Gottingens.* T. VII. pag. 29. et *medicinische Bibliothek* T. II. pag. 537.

r) cf. v. c. Hawkesworth's *collection* T. II. p. m. 188.

ob caussam quod in homine vix peculiarem varietatem constituere dicenda sit, tum et quod ea repetere pigeat, quae alias jam de memorabili isto morbo disputavimus q).

§. 78.

Leucaethiopia humana.

Ad cachexias referenda videtur affectio; binis symptomatibus pathognomonicis iisque perpetuis conspicua.

Alterum horum symptomatum singulari cutis colore, vitiose albido, partim ad ruborem non naturalem accedente, imo et passim levioris leprae habitum prae se ferente r), tum vero pilorum et pubis albedine anomala

q) commentation. soc. Reg. scientiar. Gottingens. T. VII. pag. 29. et medicinische Bibliothek T. II. pag. 537.

r) cf. v. c. Hawkesworth's collection T. II. p. m. 188.

mala constat, non nivea hac ut in senibus, neque pulchre subflava et in cinericium paulo vergente ut in tot nostratibus quos ideo flavos (gall. *Blondins*) vocant, sed gilva potius, colori cremoris lactis (angl. *cream-colour*) quodammodo comparanda.

Alterum visus organa occupat, eaque pigmento fusco orbat, quod sani oculi membranas aliquot internas obducit, et absorbtioni nimiae lucis destinatum, ad recte beneque videndum summi momenti est. Hinc iris oculi leucaethiopum pallide rosea, et semipellucida, pupula autem intensiore rubedine splendens, sardae s. carneolae pallidioris colori similis.

Singulari vero constantia bina haec symptomata invicem consentiunt, ita ut, quantum mihi quidem innotuit, nunquam oculorum iste peculiaris rubor solus et absque vitiosa

illa albedine comae et reliquorum pilorum visus sit. Saepius vero pupillarum ruborem ab observatoribus non animadversum esse non mirum, cum reliqua quae diximus symptomata magis in oculos eorum inciderent, leucaethiopes vero lucis minus patientes palpebras plerumque conniventes habeant.

Semper *connatus* morbus est, nunquam, quod novi, post partum acquisitus.

Semper *insanabilis;* quippe oculis unquam pigmentum fuscum post partum demum subnatum esse ne unicum quidem exemplum extat.

Non raro *hereditarius* existit; falso enim leucaethiopes steriles et sive ad generandum sive ad conceptum inepti a nonnullis dicti sunt.

Verum in universum morbi hujus memorabilis notitiam multifariis erroribus mire deturpatam accepimus.

illa albedine comae et reliquorum pilorum visus sit. Saepius vero pupillarum ruborem ab observatoribus non animadversum esse non mirum, cum reliqua quae diximus symptomata magis in oculos eorum inciderent; leucaethiopes vero lucis minus patientes palpebras plerumque conniventes habeant.

Semper *connatus* morbus est, nunquam, quod novi, post partum acquisitus.

Semper *insanabilis*; quippe oculis unquam *pigmentum fuscum* post *partum* demum subnatum esse ne unicum quidem exemplum extat.

Non raro *hereditarius* existit; falso enim leucaethiopes steriles et sive ad generandum sive ad conceptum inepti a nonnullis dicti sunt.

Verum in universum morbi hujus memorabilis notitiam multis erroribus mire deturpatam accepimus.

mus. Ita v. c. alii haesitarunt anne leucaethiopia pro vere morbosa affectione habenda sit; alii eam cum cretinismo, alii cum simiae satyri historia male confuderunt; alii non nisi intra tropicos eam affectionem visam esse etc. temere asseruerunt.

Quanquam enim utique primum inter Aethiopes observata fuerit, ideo quod in nigra gente cutis et capillorum albedo omnium maxime oculos ferire oportebat, hincque ea affectione correptis leucaethiopum (gall. *Négres blancs*) nomen datum sit (quos homines Batavi in India orientali contemptim insecti lucifugi nomine *Kackerlacken* appellant, Hispani *Albiños*, Galli *Blafards*, etc.); tantum tamen abest unice inter nigritas, imo vel in torrida saltem zona eam occurrere, ut potius nullam humani generis varietatem, nullam terrarum orbis partem, ad eum morbum producendum ineptam esse, certo certius constet.

 Mihi

Mihi ipsi enim jam sedecim exempla innotuerunt leucaethiopum in variis Germaniae nostrae provinciis natorum *s)*. Tum in reliqua Europa alia inter Danos *t)*, Anglos *u)*, Hibernos *w)*, Gallos *x)*, Helvetos *y)*, Italos *z)*, Archipelagi insulanos

s) plurium notitia datur in *medicinische Bibliothek* T. III. pag. 161. sq.

t) ibid. pag. 170.

u) Benj. Duddell's *Supplement to his Treatise on the Diseases of the Horny-coat.* Lond. 1736. 8. pag. 19.

it. desideratissimus Jo. Hunter *on certain parts of the animal oeconomy* pag. 206.

w) C. Perceval in *Transactions of the Irish Academy* T. IV. pag. 97.

x) le Cat *de la couleur de la peau humaine* pag. 103.

y) *medicinische Bibliothek* T. I. pag. 545.

z) De Sabaudicis quos et ipse descripsi v. cl. Saussure *voyages dans les Alpes* T. IV. p. m. 303.

Venetum memorat Bourguet in *Lettres philosophiques sur la formation des sels* pag. 163.

Medio-

Mihi ipsi enim jam sedecim exempla innotuerunt leucaethiopum in variis Germaniae nostrae prov[illegible]ciis natorum *s)*. Tum in reliqua E[illegible]ropa alia inter Danos *t)*, Angl[illegible], Hibernos *w)*, Gallos *x)*, Hel[illegible]tos *y)*, Italos *z)*, Archipelagi insul[illegible]

s) plurium notitia datur in *medicinische Bibliothek* T. III. pag. 161. sq.

t) ibid. pag. 170.

u) Benj. Duddell's *Supplement to [illegible] Treatise on the Diseases of the [illegible]*. Lond. 1736. 8. pag. 19.

it. desideratissimus Jo. Hunter [illegible] *certain parts of the animal oeconomy* pag. 206.

w) C. Perceval in *Transactions of the [illegible]* Academy T. IV. pag. 97.

x) le Cat *de la couleur de la peau [illegible]* pag. 103.

y) *medicinische Bibliothek* T. I. pag. 545.

z) De Sabaudicis quos et ipse descripsit v. cl. Saussure *voyages dans les Alpes* T. IV. p. m. 303.

Venetum memorat Bourguet in *Le[illegible] philosophiques sur la formation de [illegible]* pag. 163.

Medio-

nos *a)*, Hungaros *b)*. Porro extra Europam inter Arabes *c)*, Malabaros *d)*, Madagassos *e)*, Caſſros *f)*, Nigritas (tam in ipsa Africa natos quam inter Creolicos novi orbis Aethio-

Mediolanensem dissecuit cl. Buzzi v. Ej. *dissertazione sopra una varietà particolare d'Uomini bianchi Eliofobi*. Mediol. 1784. 4.

Romae similem se vidisse puellam retulit mihi cl. Jo. Hawkins.

a) Ex relatione ejusdem quem modo citavi amicissimi Hawkins qui binos fratres leucaethiopes 12 circ. annorum, in priore suo itinere Archipelagico et maris interni versatus in ins. Cypro viderat, Larnicae natos.

b) Mich. Klein *Natur-Seltenheiten von Ungarn*. Preſsb. 1778. 8. pag. 15.

c) Ledyard in *Proceedings of the African association* pag. 45.

d) *Tranquebarische Missions-Berichte* Contin. XLVI. pag. 1239. et alias.

e) Cossigny in *Histoire de l'Acad. des sc. de Paris* a. 1744. pag. 13.

f) de la Nux, ejusdem historiae ac. Paris. a. 1760. pag. 17.

thiopes *g)*.) Tum et inter Americanos isthmi Dariensis *h)* et Brasiliae *i)*. Denique inter barbaros oceani Indici et pacifici insulanos; v. c. in Sumatra *k)*, Bali *l)*, Amboina *m)*, Manila *n)*, Nova-Guinea *o)*, insulis amicorum *p)* et Societatis *q)*.

Imo

g) Ex silva observatorum avtoptarum trigam saltem nuperorum citasse sufficiat:
Oliv. Goldsmith, *history of the Earth* T. II. pag. 240.
Buffon *Supplement à l'histoire naturelle* T. IV. pag. 559. cum icone.
et cl. Arthaud in *Journal de physique*. Oct. 1789.

h) Wafer's *description of the Isthmus of America* ed. 2. pag. 107.

i) de Pinto ap. Robertson, *history of America* T. II. p. m. 405.

k) cl. van Iperen in *Verhandelingen van het Bataviaasch Genootschap* T. I. pag. 314.

l) Id. l. c. cum icone.

m) Valentyn *Beschryving van Amboina* T. II. pag. 146.

n) Camelli in *philosophical Transactions* T. XXV. pag. 2268.

o) Argensola, *Conquista de las islas Malucas*. pag. 71.

Imo vero neutiquam humano generi propria est haec de qua agimus affectio, verum et in multis aliis calidi sanguinis utriusque classis animantibus, observata. Ex mammalibus enim praeter vulgatissima exempla cuniculorum, murium, furonum, et equorum, (in quibus quaternis animalium speciebus affectio ea temporis progressu in alteram quasi naturam abiisse videtur (§. 38.);) innotuerunt mihi ejusmodi simiae *r)*, sciuri *s)*, ratti *t)*, criceti *u)*, saviae *w)*, tal-

p) Cook's *voyage to the northern hemisphere* T. I. pag. 381.

q) Hawkesworth's *collection* T. II. p. m. 99 et 188.

r) Sir Rich. Clayton in *Memoirs of the Soc. of Manchester* T. III. pag. 270.

s) Wagner *histor. natur. Helvetiae* pag. 185. Gunnerus ad Leem *de Lapponibus Finmarchiae* pag. 207.

t) Gesner *de quadrupedibus* p. m. 829.

u) donavit me ejusmodi criceto auctor classicae de eo animalculo monographiae, cl. Sulzer.

w) cl. Boddaert *natuurkundige Beschouwing der Dieren* T. I. pag. 210.

talpae *x)*, didelphides *y)*, martes *z)*, mustelae *a)*, et capreoli *b)*.

Ex avibus autem corvi *c)*, merulae *d)*, fringillae canarienses, perdices *e)*, gallinae et pavones.

Memorabile autem ne unum quidem, quod sciam, exemplum hujus affectionis in ullo frigidi sanguinis animanti observatum esse.

§. 79.

x) Id. ibid.

y) Id. l. c.

z) Kramer *elench. animalium Austr.* pag. 312.

a) Boddaert l. c.

b) Themel in *Obererzgebürgischen Journal* Freyberg, 1748. 8. P. I. pag. 47.

c) ex relatione amicissimi Sulzer.

d) Jo. Hunter *on certain parts of the animal oeconomy* pag. 204.

e) Buffon, *histoire naturelle des oiseaux* T. II. pag. 416.

§. 79.

Ad hanc sectionem epilogus.

Et haec quidem de caussis modisque quibus genus humanum respectu coloris, aut structurae, aut proportionis, aut staturae corporis etc. in varietates degenerat, sufficiant: in quorum quidem enarratione nullum quod sciam intactum reliqui momentum quod ullo modo ad dirimendam celebrem quaestionem de unica tantum pluribusve in isto genere speciebus conferre potest. Jam ergo quomodo ea ipsa post universam hanc disquisitionem ad naturae veritatem componenda sit, sequenti sectione videamus.

SECTIO

Sectio IV.

GENERIS HUMANI VARIETATES QUINAE PRINCIPES, SPECIES VERO UNICA.

§. 80.

Innumerae generis humani varietates insensibili gradatione invicem confluunt.

Uti ab una parte in universo quem hactenus absolvimus recensu genuinarum generis humani varietatum ne unicam quidem invenimus quae non, (quod quidem penultima Sectio docuit) etiam inter alia calidi sanguinis animantia, praesertim domestica, imo vero plerumque longe luculentius adhuc et insignius quasi

si sub oculis nostris contingat et ex manifestis degenerationis caussis ortum ducat; ita ab altera (quod superiore Sectione expositum est) nulla earum existit, sitve coloris, sitve vultus, staturae etc. tam singularis quin cum aliis ejusdem ordinis, insensibili transitu ita confluat ut omnes eas non nisi relativas esse, non nisi gradu ab invicem differre, aperte pateat.

Hinc et non mirum in tali confluxu non nisi arbitrariam divisionem et partitionem istarum varietatum locum habere.

§. 81.

Quinae varietates principes generis humani constitutae.

Cum tamen et inter arbitrarias ejusmodi partitionum rationes altera alteri utique praestare dicenda et praeferenda sit, omnibus diu et curate

rate ponderatis, universum, quout hactenus nobis innotuit, genus humanum aptissime ad ipsius naturae veritatem in *quinas* sequentes varietates principes dividi posse mihi videtur; nominibus

A) *Caucasiae,*

B) *Mongólicae,*

C) *Aethiopicae,*

D) *Americanae,*

et E) *Malaicae*

designandas et ab invicem distinguendas.

Caucasiam ob caussas infra enarrandas pro primigenia habendam primo loco posui.

Haec utrinque in bina ab invicem remotissima et diversissima extrema abiit, hinc nempe in *Mongolicam,* illinc in *Aethiopicam.*

Medi-

Medios vero inter istam primigeniam et hasce extremas varietates locos tenent reliquae binae:

Americana nempe inter Caucasiam et Mongolicam.

Malaica inter eandem istam Caucasiam et Aethiopicam.

§. 82.

Characteres et limites harum varietatum.

Sequentibus autem notis et descriptionibus quinae istae varietates in universum definiendae videntur. Quarum tamen recensui duplex monitum praemittere oportet, primo nempe ob multifariam characterum per gradus diversitatem non unum alterumve tantum sufficere, sed plurimis junctim sumtis opus esse; tum vero neque ipsum huncce characte-

rum

rum complexum adeo constantem esse quin innumeris exceptionibus in omnibus ac singulis hisce varietatibus obnoxius sit. Interim vero eundem tamen ita conceptum esse ut *in universum* satis planam et perspicuam earum notionem exhibeat.

rum complexum adeo constantem esse quin innumeris exceptionibus in omnibus ac singulis hisce varietatibus obnoxius sit. Interim vero eundem tamen ita conceptum esse ut in universum satis planam et perspicuam earum notionem exhibeat.

A) Var.

A) Var. *Caucasia*.

Colore albo, genis rubentibus (§. 43.) capillo subfusco aut nucei coloris (§. 52.) capite subgloboso (§. 62.)

facie ovali, rectiore, partibus eius modice distinctis, fronte planiore, naso angustiore, leviter unco, ore parvo (§. 56.)

dentibus primoribus utriusque maxillae ad perpendiculum positis (§. 62.)

labiis (praesertim inferiore) molliter explicatis, mento pleno rotundato (§. 56.)

In universum ea vultus specie quam ex nostratium de symmetria judicio maxime venustam et formosam censemus.

T Per-

Pertinent ad primam hancce varietatem Europaei (exceptis Lapponibus et reliqua Finnica progenie) tum Asiani occidentales usque ad Obi fl. ad Caspium mare et Gangem. denique Africae borealis incolae.

B) Var.

Pertinent ad primam hancce varietatem Europaei (exceptis Lapponibus et reliqua Finnica progenie) tum Asiani occidentales usque ad Obi fl. ad Caspium mare et Gangem, denique Africae borealis incolae.

B) Var. *Mongolica.*

Colore gilvo (§. 43.)

capillo nigro, rigidiore, recto et raro (§. 52.)

capite quasi quadrato (§. 62.)

facie lata, simulque plana et depressa, partibus ideo minus distinctis sed quasi confluentibus.

glabella plana, latissima,

naso parvo, simo.

genis fere globosis, extrorsum eminentibus.

palpebrarum apertura angusta, lineari.

mento prominulo (§. 56.)

Complectitur haec varietas reliquae Asiae incolas (exceptis Malais

extremae peninsulae Transgangetanae) tum Finnicos Europae refrigeratae populos, Lappones etc. et ex America maxime boreali latissime diffusam Eskimotarum gentem inde a Beringii freto ad extremam usque habitatam Groenlandiam.

extremae peninsulae Transgangetanae) tum Finnicos Europae refrigeratae populos, Lappones etc. et ex America maxime boreali latissime diffusam Eskimotarum gentem inde a Beringii freto ad extremam usque habitatam Groenlandiam.

C) Var. *Aethiopica.*

Colore fusco (§. 43.)
capillo nigro et criſpo (§. 52.)
capite anguſto, a lateribus compreſſo (§. 62.)
fronte gibba, fornicata.
oſſibus jugalibus antrorſum prominentibus.
oculis magis eminentibus.
naſo craſſo et cum mandibulis porrectis quaſi confuſo (§. 56.)
limbo alveolari anguſtiore, antrorſum elongato.
dentibus primoribus ſuperioribus oblique prominentibus (§. 62.)
labiis (praeſertim ſuperiore) tumore impletis.
mento retractiore (§. 56.)
Multi cruribus valgis (§. 69.)

Ad hanc varietatem reliqui, praeter boreales, Africani.

D) Var. *Americana.*

Colore cuprino (§. 43.)

capillo nigro, rigidiore, recto et raro (§. 52.)

fronte brevi.

oculis profundius locatis.

naso subsimo, attamen prominente.

In universum facie lata quidem, malis eminentibus, sed non plana et depressa, verum partibus ejus, si a latere spectatur, magis elaboratis et quasi profundius exscalptis (§. 56.)

frontis et verticis forma plurimis arte efficta (§. 62.)

Haec varietas reliquae (praeter Eskimotas) Americae incolarum.

E) Var.

E) Var. *Malaica.*

Colore badio (§. 43.)

capillo nigro, molliore, cincinnato, denso et ubere (§. 52.)

capite modice angustato,

fronte subtumida (§. 62.)

naso pleniore, latiusculo, quasi diffuso, apice crassiore, ore magno (§. 56.)

mandibula superiore aliquantum prominente (§. 62.) attamen partibus faciei, a latere spectatae, satis prosilientibus et ab invicem distinctis (§. 56.)

Concipit haec ultima varietas maris pacifici insulanos simul cum Marianarum, Philippinarum, Moluccarum, Sundaicarum insularum et Malaccae peninsulae incolis.

§. 83.

Aliorum auctorum divisiones varietatum generis humani.

Verum aequum videtur aliorum quoque auctorum, qui genus humanum in varietates distribuerunt, sententias succincte exhibere, ut lectoribus facultas detur easdem invicem comparandi, ponderandi, et delectum earum quae maxime arrideant, habendi.

Equidem primus omnium, quod sciam, periculum fecit Anonymus quidam seculo praeterito versus finem vergente, qui humanum genus in quatuor stirpes dispescit: scil. 1. universae Europae, sola Lapponia excepta: tum Asiae australis, Africae borealis, et universae Americae. 2. reliquae Africae. 3. reliquae Asiae cum insulis versus Vulturnum positis. 4. Lapponum *f)*.

Leib-

f) in *Journal des Sçavans* a. 1684. p. 133. cfr.

Leibnitius nostri continentis hominum quatuor ordines statuit. Binos nempe extremos, 1. Lapponum inquam et 2. Aethiopum; totidemque medios; 3. orientalem nempe alteram (Mongolicam), 4. alteram occidentalem (Europaeis similem) *g)*.

Linnaeus vulgatam sequutus geographiam, homines in 1. Americanum rubrum, 2. Europaeum album, 3. Asiacum luridum et 4. Afrum nigrum dividit *h)*.

Buffonius sex hominum varietates distinxit 1. Lapponicam s. polarem. 2. Tataricam (quo nempe nomine ex vulgari loquendi ratione Mongolicam

cfr. Rob. de Vaugondy fil. *nouvel Atlas portatif* Paris. 1778. 4. tab. 4.

g) apud Feller in *otio Hanoverano* pag. 159.

h) inde ab a. 1735 per omnes operis immortalis editiones. Subjunxit cl. Gmelin editioni nuperae, a se curatae, meam divisionem T. I. pag. 23.

cam appellavit), 3. Asiae australis, 4. Europaeam, 5. Aethiopum, 6. Americanam *i)*.

Inter eos qui tres gentes primitivas humani generis pro numero filiorum Noachi statuunt, inprimis laudandus venit cl. Gubernator Pownall qui, quantum equidem novi, omnium primus in hoc studio ad formam gentilitiam craniorum attendit. Stemmata ea secundum colores principes dividit in 1. album, 2. rubrum, et 3. nigrum. medio ex his cum Mongolos tum Americanos complectitur, utpote quod, praeter alios characteres, et craniorum figuratione et capillorum habitu invicem conveniant *k)*.

Abb.

i) Senas hasce varietates egregie describit, imo vero vivido quasi penicillo depingit cl. Herder, classico opere, *Ideen zur Philoſophie der Geschichte der Menschheit* T. II. p. m. 4-68.

k) cf. *a new collection of voyages* &c. Lond. 1767. 8. T. II. pag. 273.

Abb. de la Croix homines dividit in albidos et nigros. Illos autem denuo in 1. albos proprie sic dictos. 2. badios *(bruns)*. 3. gilvos *(jaunatres)*. et olivaceos *l)*.

cl. Kant ab Avtochthonibus subfuscis *(weisse von brünetter Farbe)* quatuor varietates derivat: 1. candidam Europae borealis. 2. cuprei coloris Americanam. 3. nigram Senegambiae. 4. olivaceam Indicam *m)*.

cl. Jo. Hunter M. D. septem varietates recenset: 1. nigrorum hominum, Aethiopum nempe, Papuarum etc. 2. subnigrorum Mauritaniae et capitis bonae spei incolarum. 3. cupreorum, Indiae orientalis. 4. rubrorum, Americanorum. 5. fuscorum,

l) v. Ej. *Geographie moderne* T. I. pag. 62. ed. 5. it. Vaugondy l. c. tab. 3.

m) tum in cl. Engel *Philosoph für die Welt* T. II. tum in *Berliner Monats-Schrift* 1785. T. VI.

rum, Tatarorum, Arabum, Persarum, Sinensium etc. 6. subfuscorum, Europaeorum meridionalium v. c. Hispanorum etc., Turcarum, Habessinorum, tum et Samojedarum Lapponumque. 7. alborum, Europaeorum reliquorum, tum et Georgianorum, Mingreliorum et Kabardinorum *n)*.

cl. Zimmermann iis accedit qui aborigines generis humani in montosam planitiem Scythico-Asiaticam inter fontes Indi, Gangis et Obi fluminum ponunt, et dehinc varietates derivat 1. Europae. 2. Asiae borealis et Americae maxime septentrionalis. 3. Arabiae, Indiae et archipelagi Indici. 4. Asiae Euronoto obversae, Sinae, Coreae etc. Aethiopes sive a prima sive a tertia harum varietatum ortum suum duxisse viro cl. verisimile videtur *o)*.

cl.

n) *Disput. de hominum varietatibus.* Edinb. 1775. pag. 9.

o) ditissimo opere, *Geographische Geschichte des Menschen* &c. T. I.

cl. Meiners omnes gentes ad binas stirpes refert: 1. venustarum et 2. turpium *(schöne und häſsliche)*: illas albas, has obscure coloratas *(dunkelfarbige)*. Venusta stirpe concipit Celticos, Sarmaticos et orientales populos. Turpi contra reliquum qua late patet genus humanum *p)*.

cl. Klügel quatuor stirpes distinguit. 1. primitivam Avtochthonum montosae quam modo diximus planitiei Asiaticae, ex qua derivat incolas universae reliquae Asiae, universae Europae, Americae maxime septentrionalis, et Africae borealis. 2. Nigritarum. 3. Americanorum (praeter istos maxime septentrionales). 4. insularum oceani australis *q)*.

cl. Metzger binas varietates principes tanquam extrema constituit 1. al-

p) v. Ej. *Grundriſs der Geschichte der Menschheit* ed. 2. Lemgov. 1793. 8.
q) cf. Ej. *Encyclopädie* T. I. pag. 523. ed. 2.

1. album hominem Europae incolam, tum borealium Asiae, Americae et Africae regionum. 2. nigrum s. Aethiopem reliquae Africae. Transitum inter utramque facere Asiacos reliquos, Americae meridialis incolas et insulanos oceani australis *r)*.

§. 84.

De quinis generis humani varietatibus annotationes.

Verum ad nostram humani generis varietatum quinionem redeundum. Omnes quidem ac singulos quos cuivis eorum tribuimus characteres superiore sectione sigillatim indagavimus. Jam autem ad calcem opusculi, coronidis loco, sparsas adhuc quasdam annotationes ad quamvis eorum in universum attinentes, subnectere liceat.

§. 85.

r) v. Ej. *Physiologie in Aphorismen* pag. 5.

§. 85.

A) *Varietas Caucasia.*

Nomen huic varietati a Caucaso monte, tum quod vicinia eius et maxime quidem australis plaga pulcherrimam hominum stirpem, Georgianam foveat *s)*; tum quod et omnes physiologicae rationes in eo conspirent, in eandem regionem, si uspiam, primos humani generis avtochthones verisimillime ponendos esse.

s) Ex nube testium avtoptarum unicum eumque classicum citasse sufficiat Jo. Chardin, T. I. p. m. 171. — "*Le sang de*
„*Géorgie est le plus beau de l'Orient, et*
„*je puis dire du monde. Je n'ai pas re-*
„*marqué un visage laid en ce païs-là,*
„*parmi l'un et l'autre sexe: mais j'y en*
„*ai vu d'angeliques. La Nature y a ré-*
„*pandu sur la plupart des femmes des*
„*graces qu'on ne voit point ailleurs. Je*
„*tiens pour impossible, de les regarder*
„*sans les aimer. L'on ne peut peindre*
„*de plus charmans visages, ni de plus*
„*belles tailles, que celles des Géorgien-*
„*nes.* &c."

se. Primo enim loco eam venustissimam ut vidimus (§. 62.) cranii formam prae se fert ista stirps, ex qua, tanquam ex figuratione media et primigenia, reliquae utrinque usque ad ultima bina extrema (hinc scilicet Mongolicum, illinc contra Aethiopicum) simplicissima gradatione fluunt.

Tum vero eadem albo colore est, quem itidem pro primitivo generis humani habere licet, cum ex eo, ut supra exposuimus (§. 45.) facilis in fuscum degeneratio sit, longe difficilior contra ex fusco, (quando nempe hujus pigmenti carbonacei secretio et praecipitatio (§. 44.) semel inveterata radices egit,) in candidum.

§. 86.

B) *Varietas Mongolica.*

Eadem quam quondam vulgo, sed ambiguo et vago sensu, Tataricam

se. Primo enim loco eam venustissimam ut vidimus (§. 62.) cranii formam prae se fert ista stirps, ex qua, tanquam ex figuratione media et primigenia, reliquae utrinque usque ad ultima bina extrema (*hinc* scilicet *Mongolicum*, *illinc* contra *Aethiopicum*) simplicissima gradatione fluunt.

Tum vero eadem albo colore est, quem itidem pro primitivo generis humani habere licet, cum ex eo, ut supra exposuimus (§. 45.) facilis in fuscum degeneratio sit, longe difficilior contra ex fusco, (quando nempe hujus pigmenti carbonacei secretio et praecipitatio (§. 44.) semel inveterata radices egit,) in candidum.

§. 86.

B) *Varietas* Mongolica.

Eadem quam quondam vulgo, sed ambiguo et vago sensu, Tataricam

cam vocabant *t)*, quae quidem denominatio in ipso quod agimus varietatum generis humani studio, miris erroribus anſam praebuit: ita ut v. c. Buffonius ejusque sequaces appellatione iſta seducti characteres gentilitios Mongolorum, a priscis auctoribus mutuatos *u)* qui eos sub Tataro-

t) de origine erroneae hujus confuſionis, unde Tatarorum nomen ad Mongolicas gentes transferri cepit, cfr. Jo. Eberh. Fischer *conjecturae de gente et nomine Tatarorum* inter Ej *quaeſtiones Petropolitanas* pag. 46. it. Ej. *Sibiriſche Geſchichte* T. I. pag. 28. 142.

u) Primarium fontem, ex quo toties repetita descriptio Mongolorum, sub nomine Tatarorum in nuperos hiſtoriae naturalis auctores derivata eſt, reperi in epiſtola Yvonis cujusdam Narbonenſis Clerici a. 1243. Vindobonae ad Giraldum archiepiſcopum Burdegalensem data, et a coaetaneo suo Matthaeo Paris monacho Albanensi anglo *hiſtoriae* quam vocat *majori* inserta, pag. 530. ed. Londin. 1686. fol. Agit ea epiſtola Yvonis *de horribili vaſtatione inhumanae gentis, quam Tartaros vocant*, hosque sequenti-

bus

tarorum nomine descripserant, in ipsos genuinos Tataros (ad primam quam diximus varietatem procul dubio pertinentes), erronee transtulerint.

Ceterum Tatari, utique per Kirgisas affinesque populos cum Mongolis eadem ratione confluunt, qua hi per Tybetanos *w)* ad Indos, per Eski-

bus depingit verbis: "*Habent autem Tartari pectora dura et robusta, facies macras et pallidas, scapulas rigidas et erectas, nasos distortos et breves, menta proëminentia et acuta, superiorem mandibulam humilem et profundam, dentes longos et raros, palpebras a crinibus usque ad nasum protensas, oculos inconstantes et nigros, aspectus obliquos et torvos, extremitates ossosas et nervosas, crura quoque grossa, sed tibias breviores, statura tamen nobis aequales; quod enim in tibiis deficit, in superiori corpore compensatur.*"

w) Ita sane mihi ex imaginibus Tybetanorum concludere licet a magno artifice Kettle ad ipsam naturam depictis et a cl. Warr. Hastings mihi monstratis.

Eskimotas ad Americanos, imo et quodammodo per Philippinos insulanos *x)* ad Malaicae varietatis homines, transire dicendi sunt.

§. 87.

C) *Varietas* Aethiopica.

Haec varietas, praesertim quod colore, longissime a nostrate abesset, plurimos induxit ut cum faceto quidem ast male physiologice docto Voltaire eam pro peculiari generis humani specie haberent. Verum non opus est refutationi eorum hic loci diutius immorari cùm jam superiore sectione luculenter patuerit ne unicum quidem esse characterem Aethiopibus adeo proprium et communem, quin ab una parte et passim inter

x) Perfecte medium hujusmodi vultum prae se ferebat Philippinensis Indus quem vivum ap. cl. Alex. Dalrymple Loudini vidi.

ter alias hominum varietates observetur *y)*; et quin ab altera etiam multi Nigritae eodem carere visi sint: nullum denique qui non et in hac hominum varietate insensili gradatione cum vicinis confluat, quod cuivis patet qui vel paucorum hujus varietatis stemmatum, v. c. Fularum, Wulufarum et Mandingonum differentiam et quomodo ipsis hujus differentiae gradationibus sensim ad Mauros et

y) Iis quae superiore sectione de hoc argumento uberius disputata sunt, unicum hoc addere liceat, fuligini similem pulvisculum quem in fuscorum hominum cute distinguere licet, minime, ut quibusdam auctoribus visum est, tantum Aethiopum muco Malpighiano proprium esse, cum perfecte eundem, etsi magis sparsum et minus aequaliter distributum, in tot Indicis nautis quos Lascaros vocant observaverim; in Indica autem femina Bombayi nata, quae mihi in famulitio domestico est, eandem fuliginem in facie et brachiis temporis progressu sensim evanescere videam, superstite ceteroquin et intemerato castanei coloris praecipitato carbonaceo, sub epidermide effuso.

et Arabes accedant, curatius ponderaverit.

Quod vero de Aethiopibus assertum est, propius eos a simiis abesse quam alios homines, hoc quidem eo sensu lubens concedo, quo v. c. suis domesticae varietatem solidungulam (§. 30.) propius ad equum accedere dici potest, quam reliquas sues: parum tamen in universum ponderis inesse relativae hujusmodi comparationi vel ex eo patet, quod vix ulla sit ex reliquis quoque generis humani varietatibus principibus, cujus non unus alterve populus itidem, et quidem a curatis observatoribus, quoad vultum cum simiis collatus sit; quod v. c. de Lapponibus *z)*, Eskimotis

z) Hinc v. c. Regnard descriptionem Lapponum his verbis concludit: "*voilà la description de ce petit animal qu'on apelle* „*Lapon, et l'on peut dire qu'il n'y en a* „*point après le singe, qui approche plus* „*de l'homme.*" *Oeuvres* T. I. pag. 71.

tis *a)*, Caaiguis Americae australis *b)*, et insulae Mallicolo incolis *c)*, expressis verbis relatum accepimus.

§. 88.

D) *Varietas* Americana.

Mirum sane et indignum quanta et qualia figmenta de hujus varietatis

a) Eskimota Attuiock cujus ad vivum depictam imaginem perillustri Banks debeo, cum primum Londini simiam videret, comitem suum cl. Cartwright obstupescens interrogabat: "*Is that an Esquimau?*" et hic relationi suae subjungit: "*I must confeſs, that both the colour and „contour of the countenance had consider„able resemblance to the people of their „nation.*"

b) "*tam simiis similes quam hominibus*" eos dicit Nic. del Techo, *relatione de Caaiguarum gente* p. m. 34.

c) de his cl. J. R. Forster inquit in *Bemerkungen* pag. 217. "*Die Bewohner der „Insel Mallikollo scheinen unter allen Men„schen, welche ich je gesehn, die meh„reste Verwandschaft mit den Affen zu „haben.*"

tis characteribus gentilitiis quondam divulgata sint.

Viris barbam negavere quidam *d)*, mulieribus alii purgationem menstruam *e)*. Alii Americanis omnibus et singulis unum eundemque colorem *f)*, alii perfecte similem vultum *g)* iisdem tribuebant.

Americanos non natura imberbes esse hodie unanimi consensu observatorum accuratorum et veridicorum ita evictum est, ut supervacui ſere poeniteat laboris quo antehac testium silvam congessi *h)*, quorum te-

d) v. c. cl. de Pauw in *Recherches philosophiques sur les Americains* T. I. pag. 37.

e) v. Schurigii *parthenologiam* pag. 200.

f) v. c. Home in *Sketches of the hiſtory of Man* T. I. pag. 13.

g) cfr. Robertson's *hiſtory of America* T. II. p. m. 404.

h) paucos e multis jam ante plures annos citavi in *Göttingischem Magazin*, anni 2[di] P. VI. pag. 419.

testimoniis confirmatur, tum per universam Americam inde ab Eskimotis usque ad incolas Terrae del ſuego dari incolarum stemmata quae utique barbam alunt; tum vero de ceteris imberbibus certo certius constare quod studio et artificiis eandem sibi eradicent et evellant, eundem in modum qui et apud tot alias gentes, Mongolicas praesertim *i)* et Malaicas *k)*, invaluit.

Tenuem et raram utique Americanis barbam esse aeque ac tot Mongoli-

i) v. praeter tot alios J. G. Gmelin *Reise durch Sibirien* T. II. pag. 125. "*Man findet nicht leicht bey einem Tungusen so wie bey allen diesen Völkern, einen Bart. Denn sobald sich derselbe einfindet so raufen sie die Haare aus,* und bringen es endlich dahin daſs keine mehr nachwachsen."

k) cfr. v. c. de Sumatranis cl. Marsden; de Magindanis Forrest; de Pelew-insulanis Wilson; de Papuis Carteret; de incolis insularum navigatorum Bougainville &c.

golicis nationibus omnes novimus. Ideo autem non majori jure imberbes vocarentur, quam si raripilos homines plane calvos appellares.

Qui ergo natura sua imberbes putarunt Americanos in eundem inciderunt errorem qui veteres induxit ut aves paradiseas, quarum exuviis pedes abscindi solent, natura sua apodes esse sibi aliisque persuadebant.

Alter fabulosus rumor quod nempe Americanae mulieres menstruum tributum non solvant, exinde ortum duxisse videtur, quod Europaei novum orbem invisentes, etiamsi innumeras tantum non plane nudas sequioris sexus incolas viderint, nunquam tamen purgationis istius inquinamenta in ipsis observaverint *l)*: cujus vero rei duplicem fuisse caussam pro-

l) Lery, *voyage faict en la terre du Bresil* p. m. 270.

probabile est; partim nempe quod apud istas Americae gentes ſeminae quamdiu menstruatae sunt, ſelici praejudicio pro venenatis quasi habeantur, et a sociali consortio arceantur, inque remotioribus tuguriolis e hominum conspectu remotae tamdiu benefico ipsis otio fruantur *m)*: partim vero etiam laudatam ipsarum corporis munditiem et modestam crurum commissuram eo conſerre ut nulla catameniorum vestigia in oculos incurrant, annotatum est *n)*.

Quod vero colorem hujus varietatis cutaneum attinet, ab una parte supra jam monitum est, neutiquam eum adeo constantem esse quin et utique passim ad fuscum usque ludat (§. 43); ab altera vero ſacile tum ex climatis Americani ratione

m) cfr. v. c. Sagard, *voyage du pays des Hurons* pag. 78.

n) van Berkel's *Reiſen nach R. de Berbice und Surinam* pag. 46.

ne *o)*, tum ex degenerationis legibus, ad verisimillimum Americanorum ex Asia boreali ortum applicatis *p)*, caussae patent, quare non tam ingentibus coloris diversitatibus obnoxii esse possint, quam reliquae avtochthonum Asiaticorum propagines, qui veterem incoluere orbem.

Eadem fere de vultu Americanorum valent. Riserunt jam curatissimi avtoptae ineptam, nisi jocularis fuerit, quorundam hyperbolen, qua omnibus novi orbis incolis faciem adeo eandem esse asseruerunt ut qui unum viderit, omnes se vidisse dicere possit *q)* etc. Docent contra tum

o) v. cl. Zimmermann *geographische Geschichte des Menschen* T. I. pag. 87.

p) v. cl. Kant, in *Teutschen Mercur* a. 1788. T. I. pag. 119.

q) v. Molina *sulla storia naturale del Chili*. pag. 336. "*Rido fra me stesso, quando* „*leggo in certi scrittori moderni riputati* „*diligenti osservatori, che tutti gli Ame-* „*ricani hanno un medesimo aspetto, e che* „*quan-*

tum a summis artificibus profectae imagines Americanorum, tum ἀυτοπτarum fide dignissimorum testimonia, et in hac humani generis varietate aeque ac in aliis utique vultus varietatem occurrere *r)*: etsi in universum

„quando se ne abbia veduto uno, si possa „dire di avergli veduti tutti. Codesti au„tori si lasciarono troppo sedurre da cer„te vaghe apparenze di somiglianza pro„cedenti per lo più dal colorito, le quali „svaniscono tosto che si confrontano gl'in„dividui di una nazione con quelli dell' al„tra. Un Chilese non si differenzia me„no nell' aspetto da un Peruviano, che „un' Italiano da un Tedesco. Io ho ve„duto pur dei Paraguaj, de' Cujani, e dei „Magellanici, i quali tutti hanno dei li„neamenti peculiari, che li distinguono „notabilmente gli uni dagli altri."

r) Ita v. c. ut vel ex australi America pauca exempla proferam, Caaiguos simis naribus describit Nic. del Techo; vicinos contra Abipones non raro aquilino naso insignes dicit Mart. Dobrizhoffer; Peruanis angustum et aduncum nasum tribuit cl. Ulloa; Chilensibus aliquantum latum Molina; Terrae del Fuego insulanis valde depressum G. Forster.

versum ea figuratio gentilitia pro fundamentali ejus habenda sit quam supra (§. 56.) ipsi tribuimus. Propius eam a Mongolica abesse primi jam qui novi orbis continentem visitarunt Europaei recte annotarunt *s)*, quod quidem novum pondus addit verisimillimae sententiae Americanos ex Asia boreali advenisse, et a Mongolica gente ortum suum duxisse. Repetitis autem post diutina intervalla vicibus, quibus variae tam physicae et geogenicae quam politicae catastrophae ansam dare potuerunt, eas migrationes contigisse probabile est; hincque, si conjecturae in hisce indagationibus locus conceditur, ratio probabiliter derivanda, cur Eskimotae longe magis adhuc quam reliqui Americani Mongolicum istum vul-

s) v. *Lettere di* Amer. Vespucci pag. 9. edit. Bandini. — "*non sono di volto molto „belli, perchè tengono il viso largo, che „voglion parere al Tartaro.*"

vultum prae se ferant *t)*? partim nempe quod longe serius, nuperiore catastrophe pulsi, ex Asia boreali accesserint *u)*; partim quod clima novae, quam nunc habitant, terrae pristinae patriae climati maxime homogeneum sit. Imo vero ni graviter fallor eidem quam supra tetigimus (§. 57.) climatis ad vultum gentilitium sive conservandum sive restituendum potentiae tribuendum, quod alterius Americae extremi frigidi habitatores, ut freti Magellanici barbari accolae, ad pristinum vultum Mongoli-

t) quod tum in binis craniis Eskimotarum e colonia Labradorica Nain, quae collectionem meam ornant, tum in imaginibus horum barbarorum ab egregiis artificibus ad vivum depictis, quas liberalitati generosissimi Banksii debeo, luculentissime coram video.

u) Robertsonii enim paradoxa opinio qui Eskimotas a Normannis derivabat, in *history of America* T. II. p. m. 40. hodienum vix seria refutatione eget.

golicum denuo propius accedant et quasi relabantur *w*).

§. 89.

E) *Varietas* M a l a i c a.

Uti Americani respectu habitus gentilitii medium quasi locum tenent inter varietatem mediam humani generis, quam Caucasiam diximus, et alteram ex binis extremis, scilicet Mongolicam; ita Malaica similem ab ista media varietate transitum facit ad alteram extremam, nempe Aethiopicam.

Malaicam eam appellare licet, quod longe plerique hujus varietatis homi-

w) Hinc v. c. classicus Argonauta et egregius observator avtoptes, Linschotanus, accolas freti Magellanici sibi visos, quoad physiognomiam, vultum, colorem, capillos et b a r b a m cum Samojedis comparat, sibi ex celebri suo itinere ad fretum Nassovicum notissimis. in notis ad Acostam p. m. 46 b.

homines, praesertim qui Indicas insulas Malaccae viciniores, tum et Sandwichias, societatis, et amicorum incolunt, imo vero inde a Malambis Madagascariae usque ad paschatis insulae habitatores Malaico idiomate utantur *x)*.

Interim tamen et hi ipsi tantopere inter se per varios venustatis et reliqui habitus corporei gradus differunt, ut non defuerint qui v. c. ipsos Otaheitenses in binas ab invicem diversas stirpes *(races)* dividerent *y)*, alteram nempe colore pallidiore, statura procera, vultu ab Europaeorum facie vix ac

x) Primum docente hoc perillustri Banksio in Hawkesworth's *collection* T. III. p. m. 373.
tum post eum cl. Bryant in Cook's *voyage to the Northern hemisphere* T. III. Append. N°. 2. ad pag. 528.
et cl. Marsden in *Archaeologia* T. VI. pag. 154.

y) v. c. cl. Bougainville, in *voyage autour du monde* p. m. 214.

ac ne vix quidem distinguendo; alteram contra statura mediocri, colore et vultu parum ab eo Mulatorum diverso, capillis crispis etc. *z)*. Haec posterior ergo proxime ab iis hominibus abest qui insulas magis ad occasum in oceano pacifico positas incolunt, e quibus praesertim novarum Hebridarum insulani sensim accedunt ad Papuas et Novo-Hollandos, qui denique ipsi tam insensili transitu cum Aethiopica varietate confluunt, ut si lubuerit ad eam ipsam, in ea quam agimus varietatum distributione, non inepte referri possint.

§. 90.

z) Hinc et jam immortalis de Quiros, qui societatis insulas primus detexit, eam varietatem hominum insulas oceani pacifici habitantium curate distinxit, cum alios albidos diceret, alios vero Mulatis, alios Aethiopibus compararet. v. cl. Dalrymple *collection of voyages to the South-pacific Ocean* T. I. pag. 164.

§. 90.

Conclusio.

Est enim et heic idem insensilis transitus quo et aliae varietates ut vidimus invicem confluunt, et qui, collatus cum iis quae superioribus libelli sectionibus de caussis modisque degenerandi et analogis degenerationis phaenomenis in aliis animantibus domesticis disputata sunt, ultimo ad eam conclusionem ducit, quae ex principiis physiologicis ope criticae zoologicae ad naturalem generis humani historiam applicatis, sponte fluere videtur, *nullum inquam superesse dubitationi locum quin, omnes ac singulas, quotquot hactenus innotuerunt hominum varietates, ad unam eandemque* s p e c i e m *verisimillime referre liceat.*

TA-

§. 90.

Conclusio.

Est enim et heic idem insensilis transitus quo et aliae varietates ut vidimus invicem confluunt, et qui, collatus cum iis quae superioribus libelli sectionibus de caussis modisque degenerandi et analogis degenerationis phaenomenis in aliis animantibus domesticis disputata sunt, ultimo ad eam conclusionem ducit, quae ex principiis physiologicis ope criticae zoologicae ad naturalem generis humani historiam applicatis, sponte fluere videtur, *nullum inquam superesse dubitationi locum quin, omnes ac singulas, quotquot hactenus innotuerunt hominum varietates, ad unam eandemque* speciem *verisimillime referre liceat.*

TABULARUM EXPLICATIO.

Tab. I.

Schema synopticum exhibet ad illustrandam *normam verticalem*, de cujus ratione et in studio anthropologico usu pag. 204. dictum est.

Fig. 1. respondet figurae 1mae tabulae II.

Fig. 2. figurae 3tiae istius tabulae subsequentis, et

Fig. 3. ejusdem figurae 5tae.

Tab. II.

Crania collectionis meae quina selectissima adumbrat, ad totidem generis humani varietatum principalium diversitatem demonstrandam, de qua pluribus pag. 206.

Fig. 1.

Tungusae est, et quidem ex iis qui vulgo a *rangiferis* appellantur. *(Rehnthier-Tungusen).* Nomen ipsi erat *Tschewin Amureew* ex *Gilgegirskio* stemmate nato, qui 350 leucarum Russicarum (Verstas vocant) distantia ab urbe Bargusin degebat, anno vero 1791 sibi ipsi gulam fregit, ideoque cl. Schilling, chirurgus exercitus primarius Werchnelldinski illinc mittebatur, ut de laesione mortis caussa, ex lege disquireret, qui cranium avtochiri reportavit et generosissimo L. B. de Asch transmisit.

Fig.

Tab. II.

Crania collectionis meae quina selectissima adumbrat, ad totidem generis humani varietatum principalium diversitatem demonstrandam, de qua pluribus pag. 206.

Fig. 1.

Tungusae est, et quidem ex iis qui vulgo a *rangiferis* appellantur. *(Rehnthier-Tungusen)*. Nomen ipsi erat *Tschewin Amureew* ex *Gilgegirskio stemmate nato*, qui 330 leucarum Russicarum (Verstas vocant) distantia ab urbe Barguſin degebat, anno vero 1791 sibi ipsi gulam fregit, ideoque cl. Schilling, chirurgus exercitus primarius Werchnelldinski illinc mittebatur, ut de laesione mortis caussa, ex lege disquireret, qui cranium avtochiri reportavit et generosissimo L. B. de Asch transmisit.

Fig.

Fig. 2.

Caput est ducis *Caribaei* ex insula Sti Vincentii ante octennium ibi defuncti, cujus ossa desiderante perillustri Banksio, Baroneto, effodi curavit cl. Anderson, horti regii in ista insula praefectus.

Fig. 3.

Feminae juvenis *Georgianae*, quae nuperiore bello Turcico a Russis capta, et Moscoviam translata, illic cum morte subitanea obiisset, caussam ejus legali sectione ex muneris officio indagavit cl. Hiltebrandt, anatomes Professor apud Moscovienses dignissimus; qui caput osseum ob eximiam formae elegantiam curate servavit et Aschio perillustri Petropolin misit.

Fig. 4.

O-taheitae cranium, quod generosissimi Banksii rogatu retulit for-

tis et animosus Navarchus, Guil. Bligh, ex memorabili itinere redux, quo artocarpi incisae stirpes ex Societatis insulis oceani australis in Indias occidentales felicissimo successu transportavit.

Fig. 5.

Aethiopissae Guineensis, Batavi cujusdam concubinae, quae aetatis anno 28vo Amstelodami diem suum obierat; ubi anatomico cultro eam subjecit cl. Steph. Jo. van Geuns, Prof. med. Ultrajectinus meritissimus.

tis et animosus Navarchus, Gul. Bligh, ex memorabili itinere redux, quo artocarpi incisae stirpes ex Societatis insulis oceani australis in Indias occidentales felicissimo successu transportavit.

Fig. 5.

Aethiopissae Guineensis, Batavi cujusdam concubinae, quae aetatis anno 28vo Amstelodami diem suum obierat; ubi anatomico cultro eam subjecit cl. Steph. Jo. van Geuns, Prof. med. Ultrajectinus meritissimus.

IN-

INDEX.

Sectio I.

DE HOMINIS A CETERIS ANIMALIBUS DIFFERENTIA.

I) Proprietates corporis humani quodad conformationem externam. pag. 4.

A. Statura erecta. 5.

B. Pelvis humana lata et depressa. 13.
Nates subglobosae. 15.
Directio vaginae muliebris. 16.
Hymen. 19.
Obiter de nymphis et clitoride. 20.

 C. Ho-

C. Homo animal *bimanum*. 21

Simiae contra et affinia animalia, *quadrumana*. 23.

D. Dentium humanorum proprietates. 26.

Reliqua quae exteriori homini propria videntur, ut corpus depile &c. 27.

II) Memorabiles corporis humani proprietates respectu fabricae internae. 31.

A. Partes internae quibus homo caret. ib.

Panniculus carnosus. 32.

Rete mirabile. ib.

Musculus suspensorius oculi. ib.

Allantois. 33.

Pancreas Asellii. ib.

Ductus hepatico-cystici. ib.

Corpus Highmori. ib.

Membrana nictitans. ib.

Ligamentum suspensorium colli &c. ib.

Os intermaxillare. 34.

B. Par-

B. Partium quarundam hominis intern
rum ab iis aliorum mammalium diff
rentiae. 41.

Proportio cerebri ad nervos. 42.

Acervulus glandulae pinealis. 43

Situs cordis. 44.

Peculiaria tubi alimentarii human
45.

et muliebrium. ib.

Vesicula umbilicalis embryonis.

III) Homini propria respec functionum oeconomi animalis. 46.

Teneritudo telae mucosae. ib.

hac homo omni climati aptus fit.

Tardum hominis incrementum.

Serotinus vitae humanae termin
49.

Statura hominis mentina vespe
excedens. ib.

Homini nullum ad venerem sta
tum anni tempus. 50.

X 5

Pr

B. Partium quarundam hominis internarum ab iis aliorum mammalium differentiae. 41.

- Proportio cerebri ad nervos. 42.
- Acervulus glandulae pinealis. 43.
- Situs cordis. 44.
- Peculiaria tubi alimentarii humani. 45.
- et muliebrium. ib.
- Vesicula umbilicalis embryonis. ib.

III) Homini propria respectu functionum oeconomiae animalis. 46.

- Teneritudo telae mucosae. ib.
- hac homo omni climati aptus fit. 48.
- Tardum hominis incrementum. ib.
- Serotinus vitae humanae terminus. 49.
- Statura hominis matutina vespertinam excedens. ib.
- Homini nullum ad venerem statutum anni tempus. 50.

Praerogativa pollutionum nocturnarum. ib.

Fluxus menstruus. 51.

IV) Quae homini respectu animae facultatum propria sunt. 52.

Rationis usus. ib.

inventionis genius. 54.

homo animal instrumentificum. ib.

Loquelae inventum. 55.

obiter de risu et fletu. 56.

V) Morbi maxime memorabiles homini proprii. 57.

VI) Brevis recensus eorum, quibus vulgo, ast falso, hominem a brutis differre putarunt. 62.

Oculorum vicinitas. 63.

Cilia in utraque palpebra. ib.

Nasus prominens. ib.

Au-

Auriculae immobiles. ib.

Organon tactus. ib.

Uvula. 64.

Ructus. ib.

et quod homo saginari nequeat, i

SECTIO II.

DE CAUSSIS MODISQUE QU

US ANIMALIUM SPECIES DEG

NERANT, IN UNIVERSUM.

Praemissa disquisitio: quid sit species

gia. 66.

A. Phaenomena principalia degenera

brutorum animalium. 74.

Color. 75.

Pilorum textura. 76.

Statura. 77.

Figura et proportio partium. 78

Craniorum praesertim formae.

B. Ca

Auriculae immobiles. ib.
Organon tactus. ib.
Uvula. 64.
Ructus. ib.
et quod homo saginari nequeat. ib.

SECTIO II.

DE CAUSSIS MODISQUE QUIBUS ANIMALIUM SPECIES DEGENERANT, IN UNIVERSUM.

Praemissa disquisitio; quid ſit *species* in zoologia. 66.

A. Phaenomena principalia degenerationis brutorum animalium. 74.
Color. 75.
Pilorum textura. 76.
Statura. 77.
Figura et proportio partium. 78.
Craniorum praesertim formae. 79.

B. Caus-

B. Caussae degenerationis. 81.
- Nisus formativi potentia. 82.
- Clima. 88.
- Victus. 93.
- Vitae genus. 96.
- Generatio hybrida. 98.
- Hereditariae proprietates ex morbosa intemperie. 103.
- *Quaestio problematica:* anne et mutilationes aliave artificia nativis animalium varietatibus ansam praebere possint? 106.
- *Cautelae* in scrutinio caussarum degenerationis observandae. 109.

Sectio III.

DE CAUSSIS MODISQUE QUIBUS HUMANUM GENUS DEGENERAVIT, IN SPECIE.

Color cutaneus. 115.
- ejus sedes. ib.
- varietates coloris gentilitiae. 119.

caus-

caussae hujus varietatis. **122.**

praesertim nigredinis aethiopum. 127.

de creolis. 137.

de mulatis. 139.

cutis fusca maculis candidis variegata. 150.

similes coloris cutanei mutationes singulares. 155.

aliae quaedam cutis proprietates gentilitiae. **161.**

Capillorum cum cute consensus. 164.

varietates capillorum principes gentilitiae. 166.

Irides oculorum cum capillorum colore consentientes. 170.

colores principes oculorum. 172.

Facies gentilitia. 174.

ejusque varietates. 176.

harumque caussae. 182.

Craniorum forma gentilitia. 197.

animadversiones in lineam facialem Camperi. 200.

nor-

norma verticalis ad characteres gentilitios craniorum definiendos. 203.

varietates craniorum gentilitiae. 206.

caussae harum varietatum. 211.

Dentium varietates aliquot gentilitiae. 224.

earumque caussae. 226.

Auriculae. 232.

Mammae. 235.

Genitalia. 239.

Crura. 243.

Pedes manusque. 248.

Varietates gentilitiae respectu staturae. 250.

Patagones. 253.

Quimotae. 260.

de caussis staturae gentilitiae. 263.

* * *

Varietates generis humani *fabulosae*. 266.

de gentibus caudatis rumor. 267.

Va-

* * *

Varietas gentilitia ex *morboſa* affectione. 272.

Leucaethiopia humana. 273.

SECTIO IV.

GENERIS HUMANI VARIETATES QUINAE PRINCIPES, SPECIES VERO UNICA.

Innumerae generis humani varietates inſenſili quidem gradatione invicem confluunt. 284.

Quinae tamen earum principes diſtinguuntur. 285.

viz A) *Caucaſia*

B) *Mongolica*

C) *Aethiopica*

D) *Americana*

et E) *Malaica*.

Cha-

I N D E X.

Characteres et limites harum varietatum. 287.

Aliorum auctorum divisiones varietatum generis humani. 296.

De quinis hic constitutis varietatibus annotationes quaedam: 302.

de Caucasia. 303.

de Mongolica. 304.

de Aethiopica. 307.

de Americana. 310.


de Malaica. 319.


Conclusio. 322.

Tabularum explicatio. 323.

Errata.


p. 28. l. 13. *lege* anthropomorphas. p. 102. l. 14. — immutando. p. 192. l. 8. — sorghum. p. 197. l. ult. — *Sculls*. p. 244. l. 16. — *Fuego*. p. 263. l. 12. — poterit. p. 299. l. 5. — et 4. olivaceos.






3

Aethiopisſae



2


Feminae Georgianae



1


Tunguſae

Tab. II.




1

Tungusae



2

Caribaei



3

Feminae Georgianae



4

O_taheitae



5

Aethiopiſſae